Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

B. 63

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

224
KW A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

VARIORUM TRACTATUS THEOLOGICI, DE PESTE.



LUGD. BATAV.
Apud JOHANNEM ELSEVIRIUM,
Academ. Typograph.

CIↃ IↃC LV.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Nomina Auctorum.

THEODORI BEZÆ. Pag 1

ANDREÆ RIVETI. 61

GISBERTI VOETII. 139

JOH. HOORNBEEK. 250

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

THEOD. BEZA
DE
PESTE.

VBI
QUÆSTIONES DUÆ
EXPLICATÆ:

VNA,
Sitne contagioſa:

ALTERA,
An & quatenus ſit Chriſtianis per ſeceſſionem vitanda.

Quæſtionem ſitne peſtis inter contagioſos morbos cenſenda, fateor mihi tam inuſitatam videri ut ante pauca hæc tempora nunquam dubitatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

fuiſſe credam, quin ea ſit una ex omnibus maximè contagioſa judicanda, cujus rei teſtes omnes omnium gentium de iſtiuſmodi rebus ſcriptores, cuivis non contentioſo, judices fero. At noſtra demum ætate quæri hac de re cœpit, ea occaſione quod multi uſque adcò metuere hunc morbum, & mortem inde plerunque conſequentem cœperunt, ut omnibus non modo Chriſtianorum ſed etiam humanitatis officiis neglectis, iram ipſam Dei, præcipuam hujus morbi cauſam, vehementer auxerint, & per eos penè non ſtet quominus ubi hæc calamitas incidit, ruptis ſemel humanæ ſocietatis vinculis, humanum omne genus diſſolvatur. Hi verò rogati ecquid tandem poſſint iſti tam indigno facto prætexere, quòd nihil ferè ſoleant aliud quàm contagionis metu ſeſe excuſare, inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

de factum ut exiſtiment quibus major ineſt conſtantia, mederi ſeſe huic malo certius non poſſe quàm ſi contagioſum hunc morbum falsò credi docuerint. At ego, quoniam hoc παράδοξον non magis probari poſſe idoneis rationibus arbitror quàm ſi quis cum Anaxagora nivem atram eſſe, aut ex Copernici hypotheſibus terram reipſa moveri & Solem centrum eſſe mundi contenderet, aliter hunc nimium pavorem, qui omnis officii oblivionem inducit, aboleri poſſe ac etiam debere exiſtimo: neque hunc morbum non eſſe contagioſum credam, donec me quiſpiam vel ex Dei verbo, vel aliunde petitis rationibus (ſunt enim certæ in ordine quoque naturæ ἀποδείξεις firmiſſimæ, quamdiu neceſſariarum cauſarum ordo ſibi conſtat) certiora docuerit. Nego enim etiamſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

maximè omnium contagioſa peſtis eſſe ſtatuatur, immò ut inevitabilis etiam mors inde immineat, propterea deſerendam eſſe ſtationem in qua Deus unumquemque collocavit. Nego, inquam, propterea non eſſe ipſi vitæ anteponendum quod Deo, quod patriæ, quod hominibus hominibus viciſſim aut cõmuni aut privata aliqua ratione debemus. Et hac in re perſuadenda multò ſanè mallem operam ab iis poni qui de compeſcenda fuga diſputant, quam de illo probando paradoxo laborari. Mallem denique, ſicut in ſcholis loquuntur, in illo enthymemate conſequutionem potius quàm antecedens negari. Sic enim non tantum probabilibus ſed etiam neceſſariis rationibus idipſum efficerent illi quod volunt, maximè nimirum ab iis peccari qui ullius periculi metu in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Deum vel in proximum peccent. Quis enim Chriſtianus hæc auſit in controverſiam vocare, vel ſi id audeat non ipſius etiam conſcientiæ teſtimonio, tacentibus quoq; omnibus, redarguatur? Eſſe enim aliquos arbitror qui peſtem omnibus modis, id eſt, ſine exceptione, bona conſcientia, fugiendam eſſe cenſeant: quod tamen video à nonnullis perinde oppugnari, ac ſi à nonnullis defenderetur. Quod ſi qui tamen ita ſentiunt, illorum ſanè errori non magis patrocinamur quàm iis qui contrario prorſus dogmate nunquã fugiendam eſſe peſtem opinantur. Sed hominis eſt certè ſapientis auream ſequi mediocritatem, ut neque quum manendum eſt fugias, neq; quum ſecedẽdum (nam fugæ vocabulum mihi quidem in hoc argumento ἄκυρον videtur) temerè conſiſten-

do, in eam ipſam charitatem pecces quæ te ad permanendum hortari videbatur. Hæc autem præfari idcirco libuit antequàm ad rem ipſam accedam, ut quid defendendum, quid refellendum ſuſceperim, omnes ab ipſo ſtatim initio præſumant. Age verò quandoquidem non deſunt qui ab iſtius quæſtionis explicatione, ſitne peſtis contagioſa, totam hanc de peſte fugienda vel non fugienda tractationem pendere cenſent, videamus quibus rationibus & argumentis tam confidenter contagioſam eſſe, id eſt, quod ſine cõtroverſia ab omnibus adhuc creditum eſt, inficientur.

Volunt ut hæc quæſtio dijudicetur conſiderari quid ſit peſtis, unde ſit, quæ ipſius cauſa, per quæ media nobis immittatur, quæ ejus natura, & quis finis. Accipio conditionem. Eſt enim juſtiſſima & æquiſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quiſſima. Sed iſta unde tandem cognoſcemus? *Non, inquiunt, ex phyſicis rationibus, ſed ex uno Dei verbo.* Deleantur ergo quæcunq; à phyſicis diſputantur: & pro Hippocratis & Galeni ac cæterorum medicorũ libris una Biblia verſent medici, nec ſit inter eos & Theologos, id eſt, inter corporis & animi medicinã diſcrimen. Abſit vero iſtud, inquient. *Nec enim phyſicas alias rationes damnamus quàm quæ Dei verbo repugnant.* Rectè: Videamus ergo quum contagio ex phyſicis cauſis oriatur, ac proinde ex illis prodeat, an de peſtis cauſis phyſicis repugnans aliquid verbo Domini medicorum placitis tradatur.

I. ARG. *Ajunt peſtem ab Hebræis vocari* DEVER *à* DAVAR, *quod etiam ſignificat latà à Deo ſententia perdere. Græcos vertere* θάνατον, id eſt, *Mortem.* RESP. Eſto. Quid hoc ad rem? Neque enim ex eo ſequitur à naturali-

bus intervenientibus cauſis peſtem non proficiſci quoniam à Deo immittatur, niſi naturales omnes cauſas morborum ſublatas idcirco volumus, quòd nemo niſi Deo ſic decernente moriatur, quocunque tandem mortis genere intereat.

II. ARG. *Imò*, inquiunt, *ſententiam Dei qua non tantùm ipſam mortem, ſed & genus mortis & cauſas ſecundas unicuique conſtituit, ſtultum eſt contagioſam vocare.* RESP. Et quis, obſecro, tam unquam ineptivit ut ſententiam ipſam Dei contagioſam diceret? Sed aliud eſt longè id quod dicimus, nempe inter cauſas ſecundas etiam contagionem numerandam, ſiquidem contactu & attritu multos morbos, alios quidem lethales, alios verò leviores contrahi, quis auſit inficiari, niſi etiam ſolem meridie non lucere contendat? peccatum certè quo

infecti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

infecti omnes naſcimur, & à quo mortalitas hæc omnis orta eſt, ex ſpiritali quadam contagione non abſque Dei decreto derivatum eſt, ac propagatum in omnes Adami poſteros. Itaque nulla prorſus illius argumenti vis eſt.

III. ARG. *Sed quærunt poſtea ſi contagium inter cauſas ſecundas à Deo conſtitutas referatur, quomodo quod à Deo conſtitutum eſt effugere poßimus:* nempe ut ex eo colligant, *fruſtra fugæ remedium adverſus peſtem quæri, etiamſi contagioſa eſſe ſtatuatur.* RESP. Atqui plumbeum quoque prorſus eſt illud argumentum: Quidni enim, ſi conſequutio illa vera eſt, idem de ſecundis omnibus mortis cauſis affirmare non licebit? Age igitur neque comedamus nec bibamus, neque remedia adverſum ullos morbos quæramus, inermes etiam milites in aciem prodeant,

quoniam vitari mors à Deo conſtituta non poteſt. Sed res ita ſe habet. Vitari certè neque mors neque mortis tempus aut genus à Deo conſtitutum poteſt: neque idcirco comedimus, aut remediis adverſum morbos utimur aut adverſum hoſtes armamur, quaſi obſiſtere Deo cogitemus: ſed quoniam iis penes Deum relictis quæ nos cælatos voluit, iis utendum nobis eſt quæ Deo ipſo præeunte nobis dictat natura eſſe ab ipſo cõſtituta, ut vitam quoad ipſi libuerit producamus: quod niſi faciamus, Deum tentare & graviſſimè offendere meritò exiſtimabimur, tantũ abeſt ut rationes vitandæ mortis ab ipſo præſcriptas uſurpantes in ipſum peccemus, etiamſi fruſtra illis interdum utamur: quando videlicet exitus patefacit tum nobis moriendum quum nobis adhuc pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

prorogandam vitam opinaremur. Sic reprehenditur Aſa, non quòd medicos accerſiverit, ſed quòd in medicis ſpem vitæ poſuerit. Sic poſtquam docuit experientia contagionem in res vicinas potius quã remotas ſerpere, accuſandus non erit qui nulla officii Chriſtiani parte neglecta, ſe ſe familiamque ſuam ſubduxerit, imò vero maximè reprehendendus erit qui temere ſeſe & ſuos in contagionis periculum conjecerit, quum teſte Apoſtolo ſit infideli deterior qui ſuorum curam tantam non gerit, quantam ſalva pietate ac charitate, habere debet.

IV. Arg. Audiamus verò an firmius iſtud ſit quod ſubjicitur. Ex iis, inquiunt, *nominibus quæ peſti in ſacris literis attribuuntur, quæ ſit illius ratio ſatis ſuperque exprimitur, Vocatur autem peſtis Dei manus 2 Sa-*

muel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

muel. 24. Dei gladius. 1. Paralip. 21. & ſagittarum quoque appellatione ſignificatur Pſal. 31. & 91. Ergo non ex contagio proficiſcitur, quum neque manus, neque gladius, neque ſagitta contagione vulneret. RESP. I. At ego, prǽterquam quòd fortaſſis non immeritò poſſim in dubium vocare an ſatis appoſitè hæc ſingula teſtimonia proferantur, hanc quoque conſecutionem nego. Nam alibi quoque, ut Pſalm. 17. David Dei manum vocat hoſtes ſuos, qui tamen naturali ratione ipſum impetebant. Et quum dicitur Dei manus nos feciſſe, phyſica generatio non excluditur: & ſagittas in ſcripturis conſtat vocari quæcunque mala Dominus hominibus, ſive ordinariis duntaxat naturæ legibus utens, ſive angelorum miniſterio adhibito, immittit. RESP. II. Quæro præterea quidnam rationẽ morbi

vocent.

vocent. Naturam ipſam illius inquient. At ego metaphoricis illis manus, gladii, ſagittæ locutionibus, non magis qualis ſit in ſeſe iſte morbus ſignificari dico, quàm quid ſit grando, vel ſcabies, quum dicitur Dominus Ægyptum exerta manu percuſſiſſe: aut denique qualis ſit ſingulorum morborum vis & natura, quum inter maledictiones à Deo immittendas in legis appendicibus recitantur. Quid igitur? nempe naturam ipſam morborum, quatenus à naturæ legibus pendent, phyſicorum eſt ac medicorum ſcrutari, quod uſque adeò feliciter ac certò ab illis fieri videmus, ut etiam illos & eorum exitus præſagire poſſint. Cauſas autem morborum & cæterarum calamitatum ſupernaturales & divinas explicat Theologus, docens oportere nos ſupra naturam & omnia

phyſica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

phyſica longè aſſurgere, quum de illis vitandis aut depellendis agitur. Veram enim ac primariam illorum cauſam eſſe peccata noſtra, quibus provocatus Deus, omnes illas inferiores cauſas adverſum nos cieat & excitet, ut mortales juſtis pœnis ulciſcatur. Abſurdum igitur eſſe dico iſta confundere tam procul diſcreta ſuiſque diverſiſſimis finibus, nec tamen repugnantibus, ſed duntaxat ὑπαλλήλοις ſive ſubordinatis diſtincta. RESP. III. Deinde quoniam hoc argumento contendunt peſtem idcirco contagioſam non eſſe, quoniam manus & gladius, & ſagitta Domini vocitatur, quæro ego, an lepra non fuerit Domini manus, & an propterea non contagioſa, ac potius annon quia contagioſa, idcirco ſecedere juſſi ſint leproſi? Quæro & illud, Si non eſt malum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

in civitate quod non faciat Dominus, an non hodie elephantiaſis cenſeatur tamen contagioſa: & libenter ex his qui receſſum omnem in peſte culpant, quæſierim an cenſeant ipſi elephantiacos in communi hominum ſocietate tolerandos: &, ſi tolerandos arbitrantur, cur non etiam in eos declamitant à quibus excluduntur: ſin minùs, ſi propter contagium illos vitandos cenſent, cur peſtis contagium vitantes, ſine exceptione, tanquam omnium hominum nocentiſſimos reprehendant. Sed negabunt fortaſſis elephantiaſin eſſe Dei manum. Agamus ergo de ſcabie ſive Gallica, ſive Hiſpanica, utinam non etiam Germanica. Illam eſſe pœnam divinitus inflictam ſcortationi, quæ hoc ſeculo pro ludo habetur, non puto quenquam negare audere, ac verè eſſe Dei manum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

gladium & ſagittam ſcortatores ferientem. An verò propterea contagioſa non eſt, ac non potiùs vel unicum ſcortum plurimos hac lue inficit, qui rurſum mutuò ſeſe conſpurcant, adeò ut non tantùm ex concubitu, ſed etiam halitu & contrectatione turpiſſimus iſte morbus contrahatur, adeoque & ex nutricū uberibus ab infantibus exugatur, & viciſſim nutrices vel ex impuro patre conceptum, vel ex impura matre natum infantem lactantes hunc ipſum turpiſſimum morbum hauriant? Sunt igitur illa quoq; argumenta ejuſmodi, ut ne refutatione quidē indigeant. Certè illud abſurdum eſt, exiſtimare ſingulis potiùs hominibus totidem peſtes immediatè (ut loquuntur) immitti, quàm ipſum morbi genus, quo alii alios contagione inficiant. Etenim ſive omnes uno vulnere

nere interficiat Dominus, ſive ut Madianitis accidit, mutuis illatis vulneribus proſternat quoſcunq; morti deſtinavit, quid intereſt? neq; rurſum diſcrimen eſt aliquod in ea quidem de re qua agimus, telo ipſius Dei an contagione alterius aliquis ſternatur.

V. ARG. *Accedamus nunc ad id quod de ſecundis ipſis cauſis commemorant, quas eſſe negant vel certũ aliquem aſtrorum poſitum, vel aëris corruptionem.* RESP. I. Neque verò phyſici, quantum intelligo, omnem peſtem aut contagionem volunt ab illis cauſis oriri. RESP. II. Sed hoc condonemus, & omnes naturales cauſas peſtis ab ipſis commemoratas fingamus. Cedò cur iſtas ſemel omnes excludunt, adeò quidem ut eos Sacrarũ literarum parũ peritos eſſe velint, qui peſtem illis ſecundum Deum acceptam ferant?

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Quoniam, ajunt, *teſtantur Sacræ literæ peſtem per Angelos immitti*, ut Pſalm. 88. 1 Paralip. 21. Ezech. 9. item in hiſtoria Sennacheribi, & in Apocalypſi, ubi mentio fit ulceris peſſimi. *Nam*, inquiunt, *quod Deus per Angelos immittit, ex cauſis naturalibus non eſt*. Fateor id quod ad angelos ipſos attinet, quos inter naturalia inſtrumenta concedo non recenſeri. Sed quid prohibet, Deo ſic jubente, naturales cauſas ab ipſis Angelis cieri? Nam illos certè tum bonos tum malos voluntatem hominis aliquo modo ciere, quicunque tandem ille ſit motus, ambigi non poteſt, quum Satanas in cor Judæ ingreſſus dicatur, (niſi fortè bonis minus liquippiam quàm malis angelis licere dixerimus) idque etiam ex Achabi hiſtoria liqueat, & ex ſpirituum erroris efficacitate. Volun-
tatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tatem autem inter humanarum actionum principia vel præcipua numerandam, quis inficiari audebit? Quòd ſi angelorum miniſterio voluntas hominis non excluditur, cur alias naturales cauſas illo tolli neceſſariò exiſtimabimus? Moſes erecta virga pediculos & infinita muſcarum genera excitavit, horribilem grandinem repentè elicuit, ulceribus peſſimis Ægyptios percuſſit. Et fuit certè prorſus extraordinarium iſtud Moſis non ſecus ac angelorum miniſterium. Sed an propterea pediculi & muſcæ ex putredine, grando ex vaporibus per ἀντιπερίστασιν repentè concretis, ulcera quoque ex humorum putredine non ſunt exorta? Satan accepta à Deo conceſſione vento repentè excitato, & igne cœleſti vibrato, ædes Jobi incenſas cum ipſius liberis omni-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

bus ſubruit: an inde conſequitur naturalibus nullis cauſis intervenientibus id eveniſſe, ac non potius dixerimus illos aëris principes (ſicut non temerè illos vocat Apoſtolus) aërias illas impreſſiones verè naturales, momento fabricatos eſſe? Mittit diabolus pios in carcerem, Apocalypſ. 2.10. ſed per tyrannos & Eccleſiæ oppreſſores. In eodem libro 6. verſ. 8. equus ille pallidus cui Mors eques inſidet, poteſtatem accipit interficiendi gladio, fame, & peſte, & ferarum immiſſione. Hîc ſi equitem illum intelligamus Angelũ eſſe, cur non æquè dicemus illum naturalem materiam ad famem & peſtem ciendam æquè atque gladium, & feras, quæ & ipſa naturalia ſunt inſtrumenta, adhibuiſſe? Nam poſtea 9. verſ. 1. jubentur Angeli in quatuor terræ cardinibus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſiſtere, & ventos coërcere, ne flando terræ noceant & mari: ex quo conſequitur, jubente Deo ventos viciſſim ab illis emitti: à quibus certè aëris affectiones plurimas, ac in primis contagionem proficiſci conſtat. Denique naturales cauſæ ſive ſenſim ſuapte vi ipſis inſita moveantur, ſive aliunde extra ordinem, ſic jubente Deo, ad effecta ſua momento rapiantur, naturales ſunt, & naturalia hactenus illarum effecta meritò cenſentur, quod inficiari nemo cum ratione poſſit. RESP. III. Deinde ſi naturales nullæ cauſæ in peſte interveniant, naturalibus certè remediis ne ſublevari quidẽ nedum ſanari poſſunt quos peſtis attigit. Atqui falſiſſimum hoc eſſe experientia & ſenſus ipſi demonſtrant. RESP. IV. Cæterùm unum eſſe me ex iis profiteor qui aſtrologiam μαντικὴν ſuperſtitioſã

&

& genethliacorum, & cæteras ejus generis prædictiones impias uſque adeò execrer, ut etiam vetera ea de re Principum edicta renovari & ſeverè obſervari cupiam. Sed naturales aëris conſtitutiones, & quæ inde pendent in noſtris corporibus effecta, concurſibus variis aſtrorum adimere, quaſi ad ſolam contemplationem aut temporum diſtinctionem ſtellæ ſint in orbibus ſuis collocatæ, nullius, opinor, judicii ſed pertinaciæ potius extremæ fuerit; quum & ruſtici ipſi quotidie iſtud cognoſcãt, & tempeſtates idipſum vociferentur, & temperiem ac intemperiem contagionemque adeò ipſam à peritis aſtrologis aliquatenus ſaltem prædici poſſe res ipſa convincat.
RESP. V. Quinetiam age, peſtes illas quarum exempla ex ſacris literis proferuntur ab angelis immiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſas, ac propterea contagione caruiſſe concedamus. Cur tamen minus abſurdum fuerit ex eo colligere nullam peſtem niſi per Angelos immitti, quàm ſi contenderim nullam grandinem, nullum imbrem, nullum fulmen naturali ordine gigni, quoniam miniſterio angelorum & grandinaſſe, & vehementiſſimos ventos flaviſſe, & horribiliter tonuiſſe multis ſcripturæ locis legimus? EXCEPT. *At enim*, inquiunt, *exempla illa de peſte per angelos nobis propoſita ſunt ad exemplum, ut inde diſcamus recte judicare de cauſis mediis, & origine peſtis.* RESP. Enimverò quis neget quæcunque ſcripta ſunt idcirco ſcripta ut iis erudiamur, & omnia quæ de miniſterio angelorum non tantùm in peſte ſed etiam in fame & aliis calamitatibus, tum ad perdendos malos, tum ad caſtigandos aut exer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

exercendos bonos in ſanctis ſcriptis referuntur, maximam nobis adferre utilitatem, ut Deum timere ac etiam diligere diſcamus, qui non ſit ipſius naruræ legibus, ut Stoici putarunt, alligatus, & quædam habeat judiciorum ſuorum inſtrumenta, iis etiam formidabiliora quæ ſub ſenſum noſtrum cadant? Sed quod tu vis minimè hinc efficitur, nempe ſic nos doceri nullas cauſas naturales ab ipſis angelis ad exequenda Dei mandata adhiberi. RESP. VI. Quid quòd ſcriptura etiam nobis ſuppeditat peſtis immiſſæ exempla, nulla facta angelorum mentione? Concedunt enim ii adverſus quos diſputo, peſtem fuiſſe qua laboravit Ezechias: atqui per angelos percuſſus fuiſſe non dicitur. Minatur peſtem ſæpè Dominus peccatoribus per Moſen & alios Prophetas, neque dubium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

eſt, quin iſtæ comminationes minimè inanes fuerint: per angelos tamen ſeſe illas ſemper miſſurum nuſquam commemorat. Pſaltes videtur aliquot Pſalmis omnino innuere ſe fuiſſe peſte correptum, quem tamen nunquam legimus inflicto ab ipſis angelis vulnere percuſſum. Omnia igitur iſta, niſi penitus fallor, nihil prorſus ad tollendum contagioſum halitum, hujus morbi ſecundam cauſam, faciunt.

VI. ARG. Sed & illud quod ſubjiciunt, cujuſmodi tandem ratione nititur? *Ajunt peſtem providentia Dei ſingulari hominibus immitti.* RESP. Et quid hîc dicunt quod non de quibuſvis quæ in mundo eveniant ſtatuendum ſit? Nam, ut inquit ille, ne unus quidem paſſerculus ſine Dei providentia in terram cadit, & pili noſtri capitis omnes numerati ſunt. quæ providen-

dentia ſi ad ſingularia extenditur, certè ſic eſt in ipſo genere univerſalis, ut in ſingularibus quoque ſit ſingularis.

VII. ARG. Ajunt poſtea, *quotieſcunque peſtis in mundo graſſatur, ab hac contagione excipi eos omnes quos in vita conſervare Deus ſtatuit, reliquis omnia loca eſſe contagioſa, etſi longiſsimè abſint ab iis qui peſte laborant.* Et addunt poſtea, *Ad quid igitur contagium metuimus? an non ſtultum eſt metuere quod non eſt?* RESP. I. Ego verò non video quomodo nõ ſint iſta prorſus ἀσύστατα. Quînam enim omnia loca fuerint cuipiam contagioſa, ſi contagium nullum eſt? niſi fortaſſis illud per conceſſionem dicunt. RESP. II. Sed ex providentiæ firmitate colligi certè nullo modo poteſt contagioſam peſtem non eſſe. Itaque extra propoſitam quæſtionẽ hoc argumentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tum excurrit. RESP. III. Deinde an putabimus certiorem eſſe numerum moriturorum quoties peſtē immittit Deus, quàm quum alia tela jaculatur? quòd ſi in providentiam Dei non peccant qui quæ nobis incomperta ſunt, Dei, ſicuti par eſt, arbitrio relinquentes, & προφυλακτικοῖς & θεραπευτικοῖς remediis phyſicis utuntur, cur non idem quoque peſte graſſante faciemus? Sicut igitur aliquos ex peſte non morituros Deus conſtituit ita etiam remedia præſcripſit quibus quantum in ſe eſt, homines periculum peſtis effugiant. Una eſt autem eademq; in omni morborum genere providentia Dei, qua quid futurū ſit, immutabili decreto ſancivit, quantumvis inter ſe morborum naturæ differant. Inter præcautiones verò phyſicas præcipuas adverſus contagionem, ſeceſſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nem tempeſtivam meritò cenſeri, contagionis ipſa vis ratioque nominis demonſtrat, quamvis neque omnes qui fugiunt ſerventur, neque qui permanent, intereant. Decreverat certè Dominus famē immittens Ægyptiis & illius oræ regionibus, quinam eſſent illa penuria morituri, nec proprerea deſinit Joſephus Ægyptiis ſapientiſſimo conſilio providere: quod & ipſum fecerunt Eccleſiæ quum famem ſub Imperatore Claudio futuram ex Agabo Propheta intellexiſſent. Noverat quoque Dominus quinam in illo cruentiſſimo bello Aſſyriaco ſub Ezechia eſſent interituri: & tamen ſeſe Ezechias ipſeque Eſaias urbis mœnibus tutantur. Quid plura? quum certò cognoviſſet Paulus neque ſe neque quenquam ex iis qui ſecum erant naufragio periturum, tamen paran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rantibus nautis fugam è navi, Non poteſtis, inquit, ſalvi eſſe niſi iſti manſerint. Chriſtus quoq; quamvis ſciret horam ſuam non veniſſe, tamen non ſemel ſeſe ſubduxit quum ad necem quæreretur.

VIII. ARG. Illud denique quod veluti certiſſimum aſſumunt, *pugnare videlicet contingentiam cum firmo & conſtanti Dei decreto*, etſi non magnopere ad rem pertinet, tamen ecquis illis conceſſerit? Contingentes cauſas vocamus quæ in utramvis partem ſuapte natura evenire poſſunt. Eas ſiquis tollat ex rerum natura, haud ſcio an ullum habiturus ſit ſatis recti judicii hominem ipſi aſſentientem. Dei voluntas, inquiunt ex Auguſtino, eſt rerum neceſſitas. RESP. Concedo, quod ad exitum & effecta ipſa cauſarum attinet. Sed, ut rectiſſimè idem inquit, non conſequitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ut quamvis omnia quæ Deus futura decrevit, neceſſariò futura ſint, tamen ex neceſſariis cauſis eveniant, ſicut Stoici falsò concludebant, idque certis ac prorſus evidentibus exemplis probari poteſt. Quid enim? an non Chriſtum credimus verè humanis oſſibus præditum fuiſſe? ergo quę quovis tempore frangi ſua natura poſſent. Atqui frangi tamen re ipſa non potuerunt, quum aliter à Deo decretũ eſſet. Contingenter igitur, quod ad ipſam eorum naturam attinet, fracta non ſunt, quum fragilia tamen eſſent, & neceſſariò tamen ex Dei decreto infracta permanſerunt. Rurſum, Chriſtum ab ipſo tempore quo carnem noſtram aſſumpſit, mortali corpore pręditum fuiſſe, omnes Chriſtiani confitentur. Potuit igitur ſuapta natura ab Herode cum aliis puerulis occidi: at

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

at ex Dei decreto nõ potuit. Quòd igitur tum occiſus non eſt, contingenter accidit ſi naturã ipſius corporis ſpectes, quum aliter accidere potuerit: at ex Dei decreto non magis occidi potuit quàm Dei voluntas immutari. Idem quum ad crucem raperetur, ea certè valetudine fuit ut tunc illi neceſſe non eſſet mori. Contingenter igitur, ſi in cauſa mortis naturalis conſiſtas, mortuus eſt, & tamen neceſſariò, ſi ad Patris ordinationem invariabilem conſcendas, quoniam venerat hora ejus: & ſimul voluntariè, quoniam animam ſuam poſuit pro nobis. Uſque adeò neque contingentia neque voluntas certiſſimo divino decreto repugnat.

IX. ARG. Supereſt argumentum ab ipſa experientia ſumptum, quod quum validiſſimum in ſpeciem videatur, nullius tamen eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ad tollendam contagionem momenti. Si peſtis, inquiunt, à naturalibus cauſis vel ex certa quapiam conſtellatione vel aëre corrupto oriatur, certè omnes illi corriperentur qui ſub iſta conſtellatione eſſent poſiti, vel aërem illum haurirent, quod falſum eſſe deprehenditur. RESP. Atqui conſequutionis iſtius falſitatem ratio ipſa coarguit. Quis enim eſt uſque adeò imperitus qui neſciat unam eandemque cauſam ne ſimiliter quidem nedum pariter ſemper agere, immò ſecundum objectorum patientium varietatem effecta variari? Sol profectò lutum indurat, ceram liquefacit. Unus & idem Boreas non pariter ſingulos frigoribus infeſtat. Nemo igitur non videt quàm infirma ſit illa argumentatio. Sed demus, pariter eſſe alicubi ſingulos ad excipiendum corruptum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ruptum aërem per ſe diſpoſitos, multa tamen poſſunt incidere, quamobrem idem effectum non conſequatur: puta, exempli gratia, quia medicamentum προφυλακτικὸν unus præſumpſerit, alius non item: unus ſtatim remedio commodo ſit uſus, alius vel tardè vel nunquam. Poſtremò illud quoque obſervandũ, quod præcipuum eſt, Deum Opt. Max. naturales cauſas & earum effecta, prout ipſi libet, regere ac moderari, atque hinc evenire ut contagio neque ſingulos attingat ipſi expoſitos, ut ſcribitur Pſalmo 91.6. neque ſit iis omnibus quos corripuit, lethalis, ut nec epota venena, ſicut ſcribitur Marc. 16. 18. Itaque nihilo validius eſt argumentum nullã eſſe contagionem, quoniam & ægrotis aſſidẽtes multi peſte non tanguntur, & abſentes cõtrà eo malo corripiantur. Quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

verò non ſit lethale viperæ virus, quoniam ab ea morſus Paulus ne malum quidem ullum ſenſit, Act. 28.5. Et de contagione quidem hactenus.

An & quatenus liceat in peſte ſecedere.

Nunc de ſeceſſione nobis dicẽdum eſt. Sic enim malo quàm fugam appellare, quamvis periculum etiam fugere cum ratione ſapientis hominis eſſe arbitremur. Sunt igitur qui ſeceſſionem peſtis cauſa factam uſque adeò ſine exceptione reprehendant, ut etiam nefarium ſcelus eſſe opinentur, quamvis permanẽtibus temeritate non utendum eſſe cenſeant. Sunt contrà qui nulla, vel certè leviſſima hujus ſocietatis & officiorum quæ Chriſtiana charitas jubet habita ratione, ſimulatque peſtis ingruit, quaſi ſigno fugæ dato, quemque

que ſibi conſulere oportere cenſeant. Ego cur ab utriſque ac in primis ab iſtis diſſentiam, juſtiſſimas habere me cauſas arbitror. Sed antequam planè dicam quid hac de re mihi videatur, peto ut primùm unos adverſus alteros audiamus diſceptantes. Sic igitur illi adverſus iſtos philoſophicè primũ diſputant. Ajunt ſtultitiam eſſe mortem timere, ex Platonis Gorgia: nec temperantem videre poſſe qui mortem fugiat, quoniam id à nimia vitæ delectatione oriatur: neq; juſtum, quòd qui peſtis tempore fuga ſibi conſulit, neque Deo neque hominibus ſuum tribuat. Iſtis argumentis alia ſubjiciunt ex Sacris literis petita: quòd videlicet de providentia Dei non rectè ſentiant, cujus immutabili decreto vitæ præcipuè humanæ curſus ſit definitus: quòd Deo diffidant, ac

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

præſertim huic promiſſioni fidem non habeant, Ero Deus tuus & ſeminis tui: quòd omni charitate, imò etiam ϛοργῇ φυσικῇ ſint deſtituti: quòd Deum tentent Iſraëlitarum exemplo, Exod. 17. 3. & Pſal. 78.18. præſcribentes Deo quo modo, loco, tempore & quibus mediis ipſos ſervare poſſit: quòd Deum ex animo non diligant: quòd terreſtrium bonorum amantes, cœleſtia negligant: quòd mortem nimiùm metuant: quòd Dei voluntati quæ ſemper bona eſt, ſeſe opponant quòd exiſtiment ſe Deo fortiores eſſe, & ejus manum poſſe effugere: quòd Chriſti & naturæ legē qua jubemur aliis facere quod nobis factum vellemus, apertè violent: quòd id faciant & doceant, quod Chriſtianus nullus fecit, eſt autem ab Ethnicis factitatum. Et hæc quidem illi, quibus iſti ſanè

nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nihil habent quod reſpondeant, qui ſine exceptione fugam ſuadent tuendæ vitæ prætextu. Itaque ſi hæc adverſus eos dicantur qui peſtem ſic fugiunt ut à pietatis & charitatis legibus vel tantillum deflectant, aſſentior eorum adverſariis, & nulla non reprehenſione dignos eſſe ſtatuo qui inde fugiunt, quò potiùs illos accurrere decebat, ſi vel humanitatis micam haberent. Sin verò adverſus eos torqueantur qui juſtis cauſis impulſi ſecedunt, & eum modum tenent quo neque adverſus Deum neq; adverſus proximum ullas officii ſui partes omittant (quod fieri ſæpiſſimè poſſe dicimus) argumenta hæc omnia quantumvis in ſpeciem graviſſima, nullius tamen eſſe momenti affirmamus: ſi res ipſa diligenter expendatur. Etenim, ut ad primum argumentum reſpondeamus, ut ſit immu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

immutabile Dei decretum, & æterna ipſius providentia vitæ noſtrę terminos immotos fixerit, cauſas tamen tuendæ vitæ ordinarias & legitimas iſtud minimè tollit, ne ſi prorogandæ quidem vitæ oraculum quiſpiam accipiat, ſicut ex manifeſto Pauli exemplo paulò antè demonſtravimus, Act.27.14. & 31. nedum ut illis uti non liceat, quum occultum adhuc nobis eſt quid de vita noſtra vel producenda vel finienda Deus ab æterno decreverit. Deinde cur Dei promiſſionibus dicatur diffidere qui vitandorum malorum rationes à Deo præſcriptas ita ſequitur, ut à Deo tamen totus pendeat? niſi fortè quiſpiam hoc dogma in ſacris literis diſertè ſcriptum invenerimus; Peſte graſſante nemo fugito. Inter illas autem rationes προφυλακτικὰ quoque remedia cenſeri, & inter

iſta

iſta quoque ſeceſſionem quoque tempeſtivam eſſe numerandam, vel ipſa contagionis appellatio demonſtrat. Sed & illud conſtat, non modò in charitatem Chriſtianam non peccare, neque Deum tentare qui peſtem ſic ſeceſſione devitat, ut interea nec pietatis in Deum, nec charitatis in proximum ullum officium prætermittat, ut contrà niſi interdũ id faciat, meritò Deum in ſe provocare, & infideli deterior cenſeri poſſit, ut qui ſeſe temerè lethali contagioni exponens, neque ſui, neque ſuorum rationem habuiſſe videatur.

Nihilo verior eſt quinta & ſexta accuſatio. *Deum*, inquiunt, *non diligunt, & terrenis inhiantes, cœleſtia, negligunt*. Cedò quamobrẽ? quoniam qui Deum diligunt, nihil magis cupiunt quàm cum ipſo eſſe, quod nobis per mortem contingit: con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

trà autem nihil magis metuunt. Imò uerò qui in amando hunc unum ſibi ultimum finem propoſitum habuerit, ut re amata quoquo modo, ſui commodi cauſa, potiatur, ſeſe potiùs quàm amicos diligere meritò credetur. Itaque idem ille qui diſſolvi cupit & eſſe cum Chriſto, optat etiam fratrum cauſa à Chriſto tanquam anathema ſeparari, Act. 9. 3. nec vitam ſuam inſidiantibus inimicis prodit, ad Cæſarem provocans, Act.25.11. & de reſtituta ſibi valetudine gratias agit, 2 Corinth. 1. 11. Quid quòd & David non tam Saulem & Abſolonem, quàm mortem fugit, Dei nihilominus cultor? Quid quòd idem ille & Ezechias diſertè mortem deprecantur? Itaque quiſquis mortem fugit, ſtatim exiſtimandus non eſt Deum non diligere, ſicut è contrario non quiſquis mortem appetit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tit, Deum diligere cenſendus eſt: ſed is demum qui cum recta ratione & conſcientia bona voluntati Dei obſequens, ad mortem ſive oppetendam ſive devitandam ſeſe comparat. De metu mortis idem quoque ſtatuendum eſt, illum videlicet ſi juſta ratione nitatur & ſit moderatus, non modò damnandum non eſſe, verùm etiam ut à Deo vitę cuſtodem inſitum approbandum. Damnatur ergo is demum mali metus ex Philoſophorum ſcriptis qui fortitudini adverſatur, & ab eo quod præſtare alii aliis debemus, nos avocat: ex ſacris autem literis ille qui fidei & charitati repugnat. Aliud enim eſt affectus naturales tollere, (quod nemo ne ſi velit quidem, poſſit) quàm eos moderari: quod faciendum eſſe Philoſophi quidē rectè docent; quomodo verò fieri poſſit, unicum

Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Dei verbum per Spiritum ſanctum
demonſtrat. Quæ verò ex Tertul-
liano citantur, partim extra ipſius
ſcopum evagantur, quum is de ſo-
la perſecutionis fuga diſſerat, par-
tim verò ſummo Eccleſiæ conſenſu
inter illius nævos recenſentur, ut-
qui extra metam in hoc argumen-
to ſit abreptus. Nemo certè pius &
ſatis intelligens, Jacobi ſeceſſionē,
nemo Davidem Saulis furorem, &
Abſalomi damnationem, nec He-
liam Jezabelis rabiem fuga devi-
tantem, nemo Athanaſii non unam
ſubductionem unquam damnavit.
Neque hîc nobis vel ad Chriſti a-
gonem refugiendum eſt, vel ad il-
lud Matth. 10. 23. Si perſecuti vos
fuerint in una civitate, fugite in a-
liam, quos locos fateor à nonnullis
non ſatis appoſitè proferri. Nam
quod ad Chriſti pavores attinet
peculiari ratione nituntur, neque
trah

trahi in exemplum debent: quum ibi agatur de ſalutis noſtræ myſterio, cujus partes ſolus obiit & obire potuit Chriſtus, in quo videlicet iram illam Patris terribilē cernebat & reipſa ſentiebat, pœnas ferēs peccatis noſtris debitas. Nos autem contrà pavoribus illis non exanimamur morientes, quòd placatum Patrem habeamus, & vitam in ipſa morte per fidem contemplemur. Illud verò Chriſti dictum minimè profectò eſt præceptum de fuga, ſed contrà monet fideles paſtores ut nullis minis territi ſi ex uno loco depellātur, ad aliud properent; quod ab Apoſtolis ſedulò poſteà factitatum fuiſſe legimus.

Sed audiamus aliud aliquid fortaſſe gravius. *Nihil non bonum immitti poteſt à Deo* (inquiunt) *imò nihil bonum niſi quod à Deo: immittitur autem peſtis à Deo: ergo bona eſt, ſi non*

ſuapte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſuapte natura, at certè optimo fine, nempe ut peccata noſtra puniantur, ut fides noſtra probetur, ut pœnitentiam agamus, ut hypocritæ in lucem protrahantur. Quis igitur negare poteſt (ajunt) *quin bonum fugiant qui peſtem per quam Deus hæc omnia efficit, fugiunt?* Item, *Quod Deus omnibus, id eſt, alicui Eccleſiæ aut Reipublicæ immittit, veluti, verbi gratia, peſtem, vult ab omnibus ferri. Quòd ſi ferenda peſtis, quomodo fugienda? Itaque Dei voluntati ſeſe opponunt qui peſtem fugiunt: imò etiam fruſtra fugiunt, quoniam voluntati Dei fruſtra reſiſtitur.* Verum quid iſtis potuit dici abſurdius? Nam, ut paralogiſmum in voce Boni & Mali prætermittam, quorſum, quæſo, in hanc diſputationem de natura rerum ingredi oportuit? Non eſt malum (id eſt, calamitas ulla) in civitate quod Deus non fecerit, inquit propheta. Curnam igitur famem,

mem, peſtem, bellum & cætera ejuſmodi, bona appellabimus? At enim (inquiunt) cedunt piorum bono. Concedo, quoniam lucem Dominus eruit ex tenebris. Sed & peccatis ipſis erudiuntur pii. Num igitur peccata quoque bona ſunt, & qui iis reſiſtit, Deo reſiſtit? Deniq; quis non videt, res nobis ſuapte natura noxias à Deo deprecari, ſimulque juſtis & legitimis ad illas, ſi fieri poſſit, devitandas remediis ſic uti, ut exitum Deo commendes, longè aliud eſſe, quàm ſit inſanire, ut vel Deo te obſiſtere, vel ejus judicium effugere te ulla alia ratione poſſe confidas? Abraham ipſe & Iſaac & Jacob famem fugerunt, quæ & ipſa à Deo immiſſa fuerat, qui tamen bonum fugiſſe aut peccaſſe dici non poſſunt. Illud autem quod etiam magnopere exaggerant, nempe *violari ab*

iis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

iis qui peſtem fugiunt præceptum illud immotum quod ipſa humanitas dictat, Quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, eadem vos facite illis : ſicuti adverſus eos meritò torquetur qui contagionem aut aliud ullum periculũ ſic vitant ut hominis Chriſtiani officium negligant, ita nullo modo cõtra illos facit, qui niſi peſtem ſeceſſione vitarent, id ipſum quod & patriæ & proximo debent neglexiſſe meritò videantur. Et ſanè miror eos qui ſine exceptione ſeceſſionem ut charitati per ſe repugnantem damnant, non conſiderare, charitatem non minùs poſtulare ut ſanis conſulamus, quàm ut eo malo correptos juvemus.

Ajunt deniq;, quotquot peſtem fugiunt, ea facere quæ Chriſtianus nullus fecit, quum ejus rei nullum extet in ſacris hiſtoriis exemplum.

Reſpondeo fallax nimium eſſe

iſtud

iſtud argumenti genus, quum ſatis cõſtet, in ſacris libris quicquid ſinguli fecerint minimè recenſeri: & ſufficere in pleriſque generales doctrinæ regulas ad ea conſtituenda quorũ præceptum aut exemplum aliquod particulare non habemus: neque ambigi poſſe quin quoties peſte afflictus fuerit populus, neq; quomodo ſeſe quiſq; in peſte geſſerit, perſcriptum non extet. Sed ajunt ſeſe habere contraria prorſus ex Scripturis S. monita: Davidem enim Pſal. 91. revocare nos ad tabernaculum altiſſimi. Quaſi verò ad Deum non confugiat, qui ſeceſſione legitimè utitur. At enim, inquiunt, David non fugit illam longè vehementiſſimam peſtem, cujus ſit mentio 2 Sam. 24. nec familiam ſuam aliò tranſtulit. Concedo. Sed quàm multa peculiaria prohibent generalem inde cõcluſio-

ſionem nectere? Erat enim ipſe hujus peſtis cauſa, & meritò anxius uſque adeò, ut etiam ſui ipſius exitio teſtetur ſeſe paratum eſſe publicam redimere calamitatem. Deinde quum triduana tantùm hæc peſtis ad ſummum fuerit, quis illi locus ad deliberandum relinquebatur? Præterea quò tandem fugiſſet, quum in tota ditione peſtis graſſaretur, metropolim autem ipſam aut nullo modo aut parcè admodum attigiſſe peſtis dicatur? Eſaias etiam, inquiunt, non fugit Ezechiam peſte laborãtem. Quaſi verò deſeri ultrò bona conſcientia poſſe oves à paſtoribus dicamus. Quid ſi etiam excipiam non acceſſiſſe Eſaiam ad Ezechiam niſi cum peculiari Dei mandato? ſic enim teſtatur hiſtoria. Sed Jeremias etiam, ajunt, & Baruch & alii pii viri ex urbe à Chaldæis obſeſſa

non profugerunt, quamvis magna populi pars non minùs peſte quàm fame interiret. Neque nos verò poſſe peſtem ſeceſſione meritò vitare dicimus, ſi ab eo diſcedatur quod Deo, patriæ, & proximo cuique debemus. Sed eos miror qui Jeremiæ hoc exemplũ proferunt, oblitos eſſe, illum quum ex urbe egredi tentaret, fuiſſe apud urbis portam deprehenſum. Hier. 37. 12.

Proferunt poſtremò Alexandrinæ Eccleſiæ pulcherrimum exemplum ex Euſebii lib. 7. c. 20. Quaſi verò nos vel quorumvis, vel quovis loco & tempore ſeceſſionem probemus, vel conſtantiam & charitatem iſtiuſmodi laudandam & imitandam eſſe non doceamus, modò univerſalis inde regula non ſtatuatur. Nec enim Euſebius ipſe ſingulos ſed plurimos tantùm ex Chriſtianis id factitaſſe ſcribit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Itaque ut tandem hæc concludam, nihildum allatum eſt quo vel contagio tollatur, vel ſeceſſio ſine exceptione damnetur. Etenim ſeceſſionem inter naturales præcautiones in morbis contagioſis eſſe vel præcipuam, ratio & experientia ipſa docent. Nam illud certè clamat ipſum cõtagionis vocabulũ, quæ propius abſunt, magis eſſe illi obnoxia, & tempeſtivâ in loca ſalubriora demigratione quotidie liquet plurimos conſervatos. quos ſi quis excipiat etiamſi domi manſiſſent, ſervandos fuiſſe, quoniam Deus ita decreverat: quid obſecro dicetur, quod cæteris quoque omnium periculorum præcautionibus & remediis non conveniat? Itaq; non tantùm medicinam, verumetiam prudentiam omnem & ſolertiam quæ vitandis periculis omnis generis adhibetur, ridere nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ut res ſupervacaneas oporteret, nec ullum eſſet inter temeritatem & conſilium, inter fortitudinem & audaciam diſcrimen. Sed longè aliter ſeſe res habet, quoniam ut vitæ noſtræ curſum Deus æterno & immutabili decreto præfiniit, ita cauſas medias quibus ad vitæ conſervationem uteremur ordinavit.

Supereſt ut quando ſit ſeceſſioni locus exponamus. Nam ut cæteris rebus mediis, ſic etiam ſeceſſione tum rectè tum perperam uti quiſpiam poteſt: & tantum abeſt ut eam cuiquam ſine exceptione ſuadere velim, ut contrà ab iis, qui etiam quum ſubducere alioqui ſeſe bona conſcientia licet, tamen permanere malunt ac etiam vitæ diſcrimē ſubire potiùs quàm proximum deſeruiſſe videri poſſunt, multò minùs peccari fatear quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ab iis qui nimia diffidentia vel immoderato mortis pavore abrepti, illud unum neglectis omnibus humanitatis officiis, ob oculos habẽt, CITO, LONGE, TARDE: digniſſimis hominibus profectò qui extra omnem hominum cœtum extrudantur, cujus vincula penitus diſſolvunt. Quid ſit autem ea in re ſervandum, ego quidem arbitror ſic conſtitui poſſe.

In primis, illud providendum arbitror, ut ad peſtem tanquam irati numinis nuntii adventum unuſquiſque ſeſe apud Dei tribunal ſiſtat, ſemetipſum damnans ut ab illo abſolvatur: ſemel denique ſtatuat ſeſe ad dicendam cauſam evocari, neque locorum ſed morum mutatione hanc virgam poſſe vitari: quòd ſi etiam moriendum ſibi ſit, decretum hoc eſſe morientium bono, quũ beati ſint, qui in Domino moriuntur. Alte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Alterũ eſt ut hæſitante conſcientia nemo neque ſecedat neque permaneat, ſed ubi ex Dei verbo, quid ſui ſit officii didicerit, conſtanter in eo, ſeſe Deo commendans, perſeveret.

Etſi verò in tanta circumſtantiarum varietate non poſſunt ſingulares regulæ conſtitui, difficile tamen non eſt generalia quædã verbo Dei conſentanea ponere, ad quæ veluti normam quandam poſteà ſingulares (ut loquuntur) caſus exigantur. Noverint ergo qui de permanẽdo cogitant, Dei præceptum eſſe, Ne occidas, ac proinde neq; ſuam neq; ſuorum vitam eſſe temere lethalis cõtagionis periculo exponendam. Noverint contrà qui de ſeceſſione cogitant, neque ſui ipſorum, neq; ſuarum familiarum tantam habendam eſſe cuiquam rationem, ut quid patriæ & concivibus, alii de-

nique aliis, ſive ſint communi humanæ ſocietatis vinculo obſtricti ſive alia neceſſitudinis ſpecie devincti, debeant, obliviſcantur. Nec enim charitas quærit quæ ſua ſunt. Itaque videre me non poſſe profiteor (quod cum nulla cujuſquam tamen reprehenſione dictum ſit) qua tandem ratione ſecedere prohibeantur qui vel per ætatem, vel per deploratam valetudinem alios juvare non poſſint: & ſi permanſerint, ideò tantùm retenti videri poſſint, ut magna cum reipub. jactura moriantur. Nam ut eorum crudelitas non poteſt ſatis culpari, qui illos, præſertim ſi tenuioris ſortis fuerint, è civitatibus extrudunt, ita magnopere mihi videtur probanda tũ parentum pietas, ſuorum vitæ tempeſtivè citra cujuſpiam damnum conſulentium, tum etiam magiſtratuum providentia

maximè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

maximè laudanda, qui citra Reipub. detrimentum, curant ut imbecillibus illis, tanquam civium ſeminario, commodè proſpiciatur.

Hîc autem occurrit in primis illa univerſalis obligatio qua homo homini adſtringitur, & quæ diſſolvi niſi humanitate ipſa ſublata non poteſt. Eſt & aliud vinculum ſingulos cives ſuæ patriæ ac civitati obſtringens. Sed utranque hanc obligationem hactenus naturalem & univerſalem eſſe dico ut ſuæ cuique conditionis ac vocationis habenda ſit ratio. Nam alii publicis muneribus vel civilibus vel ſacris funguntur, alii verò privati ſunt. Privatorum autem inter ſe multiplices ſunt connexiones, quas natura quidem ipſa devincit, Chriſtiana verò pietas adſtringit: quæ niſi diſcernantur, ut quiſque quid ſui ſit muneris in rebus omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

intelligat, ordinis ſpecie confuſionem omnem graſſari fuerit in rebus omnibus neceſſe. Homo igitur hominem (ut in propoſito nobis argumento permaneamus) civis civem, auxilio quocunque ſuo indigentem, pro viribus juvet, neque de ſeceſſione cogitet, qua ſit ipſi meritò probabile, fore, ut ita cuipiam malè conſulatur, nedum ut alicujus contemptu, vel præpoſtero mortis metu ab humanitatis officio vel tantillum deflectat. Ubi verò citra officii neglectionem, & publicum offendiculum ſibi & ſuis cavere ſeceſſione poteſt, cauſam nullã video cur id facere non modò non poſſit; ſed etiam non teneatur. Verùm nequis hîc ſibi adulans in proximum peccet, officium Chriſtiani magiſtratus fuerit curare, ut quæ contagionem efficiunt aut fovent, quoad ejus fieri poteſt, tollan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tollantur, & hoc malo correptorum habeatur tanta ratio, ut quivis de quovis ſolicitus eſſe non cogatur. Publico verò munere civili fungentes quînam ſua munia, graſſante peſte, deſerere poſſint non video: fidos autem paſtores de vel unica ovicula per ſeceſſionem deſerenda, quo tempore præcipuè cœleſti conſolatione indiget, nimiùm turpe imò etiam nefarium fuerit. Privatorum autem variæ & multiplices ſunt neceſſitudines. Inter illas præcipua eſt ea cui naturalem quoque ſanguinis commixtionem cedere oportere Deus teſtatur, conjugii videlicet vinculum, ut, meo quidem judicio, conjux à conjuge, præſertim ſi peſtis alterum invaſit, vix ac ne vix quidem, bona conſcientia ſecedere poſſit. Quantum autem parentem liberis, liberi parentibus, cognati cogna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tis debeant, vel ipſa naturę jura demonſtrant, quæ tantum abeſt ut Chriſtiana doctrina laxet, ut ea contrà magis ac magis adſtringat. Imò deſeri à ſervis dominum, aut ſervos ægrotantes (quod nimiùm ſæpe fit) à dominis negligenter haberi, qui tamen ipſorũ valentium opera ſint uſi, crudelitas eſt. Non eſt tamen æqualis iſtorum neceſſitudinis obligatio, & potiori cedere minùs arctam oportet, ſiquidem pluribus ſimul ſatisfieri nõ poteſt. Deinde ſicut aliquis eſt inter præſentes etiam deſertioni locus, niſi qui permanent officium faciant: ita cavendum eſt tum ipſis ægrotis ut neceſſariorum & amicorũ charitate non abutantur, dum ſibi conſultum volunt: tum ipſis quoque in officio perſtantibus, ne temere ſeſe periculo cõtagionis objiciant, quod factitari potiùs au-

dacia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dacia quàm recto Chriſtianoq; judicio à nonnullis conſuevit, qui reliquis morbis laborantes aſpernari conſueti, peſte correptos inviſunt, ut mortem contemnere videantur. Hunc ego verò judiciorum Dei cõtemptum minùs quàm nimiam meticuloſorum imbecillitatē tolerarim. Cæterùm quomodo ſint alii in poſtulanda ſuorum pręſentia affecti, neſcio. Ego Lauſannæ quum peſte laborarem ante ann. XXVIII. & ad me tum alii mei collegę ac inter cæteros eximius ille vir Pet. Viretus, b. m. accedere paratus eſſet: ipſe quoq; Jo. Calvinus miſſo cum literis nuntio omne humanitatis genus mihi deferret: neminem illorum ad me accedere ſuſtinui, ne ex Reip. Chriſtianæ incommodis, quanta accepturam illam ex tantorum virorũ interitu cõſtabat, mihi conſuluiſſe exiſtimarer: neq; id me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

feciſſe pœnitet, quàmvis à me fortaſſis idem in ſimili ipſorũ caſu non obtinuiſſent. Quòd ſi in iſtiuſmodi calamitate Magiſtratus tempeſtivè provideat quantùm licet, tum quibus legitimis neq; Chriſtianæ charitati repugnantibus modis contagio impediri poſſit, tum ne quid peſte correptis deſit: utriſq; profectò, tum ſanis tum ægrotis optimè conſuluerit, & multis in hoc argumento quæſtionibus fieri ſolitis occurrerit. Sed illud in primis ſtatuendum eſt, ſicut peccata noſtra ſunt præcipua ac vera peſtis cauſa, ita unicum illud eſſe proprium adverſus peſtem antidotũ, ſi paſtores non de contagione diſputẽt (quod medicis convenit) ſed ad ſeriam reſipiſcentiam mutuamque charitatem verbis ac vitæ exemplo ſuos greges excitent, paſtorum autem vocem oves ipſæ exaudiant.

Th. Bezæ Quæſt. de Peſte Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ANDREÆ RIVETI
EPISTOLA
AD AMICVM.

Vir Clariſſime,

POſtquam à nobis abiiſſes, diu multumque apud me cogitavi ſuper illa quęſtione, quæ hoc calamitoſiſſimo tempore movetur & agitatur, circa flagellũ illud, quod omnes à Deo immitti fatentur, ſive immediatè, ſive per cauſas ſecũdas aërem inficientes, & peſtilens illud virus effundẽtes, quod tot homines variis in locis letho dedit, & ubique graſſatur per haſce provincias. Dubitãt non pauci pii certè & Deum timentes, an præcavendum ſit illud malum, ſive ſecedendo, ſive abſtinendo ab

eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

eorum frequentatione qui vel infecti ſunt, vel infecta loca frequentant. Aſſerunt alii, itidem pii & prudentes, id fieri poſſe, etiam debere, poſitis tamen nonnullis requiſitis, & diſtinctionibus commodis adhibitis. Ego non is ſum qui exiſtimem me hanc ſive litem, ſide diſſenſum componere poſſe, ita ut omnes in unam ſententiam adducam. Apud te tamen, dicam quod ſentio, & poſt alios afferam quod mihi videtur juſtũ & æquum, & in quo hactenus animus meus conquievit. Sed id primum, tecum & cum bonis omnibus requiram, ut omnes in eo conveniamus, Epidemicos hoſce morbos, luemque illam peſtiferam, quæ ſtragem tantam fecit & in dies facit, florentiſſimaſque aliquot civitates miſerè depopulata eſt, à Deo peccatis noſtris infenſo, fuiſſe immiſſam; nullumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

lumque præſtantius & promptius remedium eſſe, ſeriâ & ſincerâ pœnitentia, in omnibus Reip. membris, publicis & privatis; quâ non verbis ſolùm & geſta aliquo teſtemur nobis diſplicere priſtinam vitæ & morum corruptelam, ſed emendatione vera, moribus ad Dei nutum & verbum compoſitis, eandem obſignemus, & Deo in primis, deinde hominibus ſub Deo, probatam demus; Magiſtratu in utriuſq; tabulę violatores animadvertente, impietatem graſſantem cohibente, injuſtitiam omnem & intemperantiam legum & pœnarum repagulis coërcente: ſubjectis populis in officio ſe continentibus, & ſub Dei manu ſe humiliantibus; bonique conſulentibus, quas Deus vel immittit, vel immiſſurus eſt caſtigationes & probationes, quarum uſus & fructus ex verbo Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Dei & propriâ experientiâ colligimus, etiam in his *mortalitatis* & *peſtilentiæ* temporibus, quales ſunt qui elegantiſſimo ſcripto, DE MORTALITATE, à Cypriano Martyre in ſimili occaſione in Eccleſiæ veteris uſum fuerunt decerpti, & ob oculos poſiti; quem libellum vellem ſæpè, & nocturna ac diurna manu verſare eos, qui in hoc rerum ſtatu nimis ſolliciti ſunt & anxii. Pios etiam & fideles Dei ſervos in hoc maximè incumbere, ut jacentem pietatem hac occaſione erigant, & velut igne afflictionis illius accenſam, flatu hortationum ſuarum magis ac magis inflāment, quæ ad cœlum uſque pertingat, & infecti aëris corruptionem diſſipet. In quo voto non dubito, quin bonos omnes mecum habiturus ſim conſentientes, & conſpirantes.

Hoc autem primo & primario reme-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

remedio præſuppoſito, an alia ſint adhibenda, quibus vel malum præcavere, vel etiam abigere aut imminuere, ſive publicè ſive privatim laboremus, ambigitur. Id quod in omnibus penè aliis periculis & morbis, ferè extra controverſiam ponitur, atq; uſu & experientia cõmodum & aliquo modo neceſſarium cenſetur, videtur in hoc caſu à nonnullis in dubium verti, à quibuſdam etiam apertè culpari, qui non cenſent, licere Chriſtianis & fidelibus viris, infeſta loca vitare, à converſatione eorum qui infecti ſunt peſte abſtinere, & ſeceſſione aliqua & fuga, mutato aëre, ſibi & ſuis conſulere.

Non imus inficias non quibuſvis, non omni tempore, id liberum eſſe, & tales eſſe locorum & perſonarum circumſtantias, quibus fuga & ſeceſſio eſſet non ſolùm intempe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tempeſtiva, ſed deſertæ ſtationis crimen, apud Deum & homines. Sed ex adverſo conabimur oſtendere, mutatis circumſtantiis, & omnibus ritè expenſis, poſſe etiam, tentationis Dei & temeritatis cenſuram incurrere, qui ſibi non cavent præcautionibus neceſſariis, etiam locorum & aëris mutatione. Peſtem contagioſam eſſe, & ſeſe communicare, tanquam venenum aliquod, aërem quem reſpiramus inficiens, docent omnes medicorum filii, nullo, quod ſciam, excepto; qui, præter rationes quas adhibent non paucas nec invalidas, experientiam habent ſuffragantẽ, quæ quantumvis in nonnullis fallat, quorum complexio ad ſuſcipiendum illud venenum minus eſt idonea, in pleriſque tamen docet eos qui temerè ſe periculo objiciunt, in illud incidere, & temeri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tatis ſuæ pœnas luere. Si à principio, omni animalium generi eſt à natura tributum ut ſe, corpus, vitamque tueantur, non exiſtimandum minus à Deo eſſe hominibus conceſſum, quum præſentiunt quę ſibi ſunt nocitura, ut ea præcaveant legitimis modis. Legitimos autem non cenſemus, ſi quis in vocatione publica, vel in Republica vel in Eccleſia, conſtitutus, curam omnem abjiciat laborantium; eoſque in corporis & animæ periculo verſantes, deſtituat neceſſario omni auxilio. Id enim ſemper eſt præponendum; Cavendum eſſe autoritate publica, ne qui ſub manu Dei ingemiſcunt, quantumvis infecti, neceſſariis careant ſubſidiis. Id tantùm dicimus, omnium hanc curam eſſe debere, maximè qui præſunt; non omnium eſſe illud exequi. Imò, Magiſtratus & Paſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Paſtorum, pro cujuſque munere, eſſe, ut curent, ne ſe talibus immiſceant, qui ad id non ſunt conſtituti nec neceſſarii; & ea ratione ægris ſubveniendum, quæ ſanis non ſit fraudi, cùm utriſque ſit conſulendum.

Doctiſſimi ſanè inter nos Theologi de ea re cõſulti in eam ſententiam plerique convenerunt: inter quos Calvinus, Epiſtola 362. breviter ſe expedit, ſed, ut ſolet, nervosè. Inter plures quæſtiones ei propoſitas fuit hæc tertia, *an fas eſſet peſtis fugiendæ cauſa locum mutare?* Reſpondet *quæſtionem hanc videri ex ſtupiditate eorum naſci, qui nunquam aliquo humanitatis geſtu fuerunt præditi.* Ergo, inquit, *non licebit eligere ſalubrem aërem? Ergo in ædibus non licebit proſpectum quoque ſalubrem præferre? Ergo cavere à noxio fœtore non licebit? Ergo nulla contagio erit timenda?*

a? Faceſſant igitur Paradoxa, quorum nis eſt exuere nos omni ſenſu. Intereà oſtri conſilii non eſt, eorum indulgere imiditati, qui objecto periculi colore à vocatione ſua diſcedunt: quemadmodum i vir uxorem, ſi maritum uxor, ſi liberi arentes, aut viciſſim parentes liberos ſuos deſerant: ſi Paſtor Eccleſia relicta ſi-i conſulat, ſi Magiſtratus officio deſit. Denique, modo ne officium negligatur, non minus peſtis contagio, quam gladius aut ignis vitari poteſt.

Significaſti mihi de eodem argumento tractatum à Venerabili Beza fuiſſe olim editum, quem mihi videre non contigit, à quibuſdam tamen citatum lego, nominatim à Paulo Tarnovio, in l. 3. de Sacro Miniſterio. Et in Epitome Bibliothecæ Geſneri reliquis ejus operibus annumeratur. Sed quia ſpem facis novæ editionis, non dubito quin omnibus innoteſcat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

teſcat, quæ fuerit de eo communis & perpetua ſententia Genevenſis Eccleſiæ; quæ quantumvis, in aſſerenda Dei providentia & circa hominum fines diſpoſitione, ſemper apud omnes, extra omnem vel leviſſimæ ſuſpicionis notã fuerit; apud nonnullos etiam excedere viſa ſit; ſic tamen circa fines ſemper verſata fuit, ut media nulla cõtemnenda judicaverit, quibus vel mala præcaveri poſſent, vel bona procurari. Scio ibidem, graſſante Peſte, aperiri Noſocomium ad id inſtitutum, eligi non ſolùm medicos & chirurgos qui ægris adſint tam in publico illo loco, quàm in privatis ædibus; iis etiam domicilium ſeorſim ab aliis parari; Inter Paſtores ſorte deligi, poſt invocationem nominis Dei, eos qui infectis ea labe adeſſe debeant, reliquis exemptis, qui ſanis adminiſtrent
ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

erbum Dei & ſacramenta, aliiſue morbis non contagioſis laborantes inviſant, ut ita utriſque conulatur, neque dum unis ſuccurriur, periclitentur alii, & malum nagis ac magis ingraveſcat, ita tiam requirente hominum ſocieate, ut omnia ordine & convelienter fiant. Quod privatos ſpetat, alia ratio eſt, dummodo enim uis domeſticis non deſint, poſſunt lli ſecedere aliò, & ſibi conſulere, b omni non ſolùm infectorum eſte conſortio abſtinendo, ſed tiam loca in quibus ea ſævit, evitando.

Hæc fuit ſententia doctiſſimi viri Hieronymi Zanchii, quam pluibus exponit in Comment. ad cap.2.Epiſtolæ ad Philip.ad ℣ſ.30. ubi agitur de Epaphrodito eorum Miniſtro, *qui propter opus Chriſti ad mortem uſque acceſſit, non habita ratione*

tione vitæ ſuæ. Ad quæ verba, poſt-
quam oſtendit nunquam deſeren-
dum eſſe opus illud ad quod quiſ-
que faciendum ſingulariter voca-
tus eſt à Chriſto; rectè infert, ne
propter peſtilentiam quidem opus
Chriſti deſerendum eſſe, & fuga
ſibi conſulendum. Sed hæc in ge-
nere dicta quantumvis vera ſint,
& ſimpliciter accepta, judicat ta-
men ſecundum circumſtantias ali-
ter atque aliter eſſe accipienda. Et
quoniam ille fuſius agit oblata oc-
caſione narrandi quid de eo inter
ſe & paſtorem quendam Curien-
ſem olim diſputatum fuerat, ejus
de ea re diſputationem ita contra-
ham, ut nihil omittam eorum quæ
in utramque partem agitata, pon-
dus rei afferunt. Contendebat ille
paſtor, quod hoc tempore nō pau-
ci, *nemini & nullo modo vitandum eſſe
conſortium peſte laborantium, multo
minus*

minus à locis tali lue infectis, eſſe diſceden-dum. Zanchius ex adverſo utrumque eſſe faciendum, modo id fieret legitima ratione, id eſt, ut quod Deus nobis injunxit officium, cum illius ignominiâ & Eccleſiæ proximique injuria & fraude, non negligamus. In contrarium argumenta hæc proferebantur, quæ partim omnes fideles, partim ſolos paſtores ſpectabant, ex quorum ſolutione pendet totius quæſtionis reſolutio.

1. Ex eo deſumebatur, quod Peſtilentia non ſit morbus contagioſus, ſed merum flagellum à Deo immiſſum immediatè: quod probabat exemplo peſtis qua Deus animadvertit in peccatum Davidis poſt recenſionem populi. 2 Sam. ultimo cap.

2. A providentia Dei, cui non poteſt reſiſti, illum habere in nu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

merato, quos velit peſte corripi, quibus parcere, nec id poſſe caveri ullà hominum curà.

3. A charitate, quæ non quærit quæ ſua ſunt ſed quæ Chriſti & proximi.

Ad hæc communia omnibus, ſic reſpondebat. Ad 1. falſum eſſe, morbum illum non eſſe *contagioſum*, experientiâ, præter varias rationes, id evincente. Coactum etiam fuiſſe opponentem id agnoſcere. Nec ſequitur ſi ſit flagellum Dei, non eſſe contagioſum; Lepra enim in illo populo fuit etiam Dei flagellum, ſed quod ſuo contagio alios inficiebat. Idem dicendum de Elephantiaſi, ſcabie, & ſimilibus malis, quæ ſi per legem Dei vitare licet, non minus licebit, iiſdem rationibus, peſtilentiam vitare.

Addo, non verum eſſe ſemper peſtem immediatè à Deo mitti ſine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cauſarum ſecundarum influxu. Contrarium planè in pleriſque locis videri, ubi vel cauſæ ſuperiores, vel etiam inferiores, quæ extra ordinem aërem corrumpunt, prima ſunt hujus mali rudimenta, quod paulatim accreſcit, corruptione accreſcente.

Ad 2. reſpondebat, Providentiam Dei non tollere cauſas ſecundas, ſed eas ſtatuere, quia per eas decreta ſua exequitur. Proinde decretum illud quo decrevit hos vel illos tollere, alios ſervare, non impedire ſtudium hominum, ut ſe ſervent, non ſolum remediis utentes, quæ ſunt ad manum & à medicis præſcribuntur; ſed etiam aliis, inter quæ hoc unum eſt, ut loca infecta vitent, qui vocatione ſua ad *reſidentiam*, ut vocant, non tenentur. Cur non in peſte faciendum eſſet, quod in fame, bello, per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſecutione, & ſimilibus? Quis enim negabit Deum hæc omnia moderari, ita ut ne pilus quidem capitis in terram cadat ſine ejus providentia? Nemo tamen unquam Diem dixit iis qui famem fugiunt, & ut ſibi & ſuis conſulant, ex Palæſtina in Ægyptum deſcendunt. Nemo iis qui ad militiam apti non ſunt, vitio vertit, ſi bellum fugiant, & in alia loca commigrent in quibus pace frui poſſunt: Cum hæc etiam ſint inter media à Deo conſtituta, præſertim cum nobis non ſit in hæc decreta Dei inquirendum, quæ cum ſint ignota, noſtrum eſt ita providentiæ Dei inniti, cui vita noſtra ſubeſt, ut nihil eorum omittamus, quæ ad vitam & valetudinem conſervandam conducunt. Imò ſi certi eſſemus, Deum ſtatuiſſe nos ſervare à peſte, non eſſet tamen ceſſandum, aut negligentius curan-

curandum ne periculo nos objicerennus. Noverat enim Paulus quid Deus ſtatuiſſet de ſe & navalibus ſociis Act.27. Nolebat tamen nautas ſe proripere, aliis relictis. Imò dicebat Centurioni, *Si iſti diſceſſerint, omnes ſimul perhibitis*; quamvis enim ſciret non perituros, non ignorabat tamen, medium quo navis ſervari poſſet in nautarum operâ conſiſtere. Unde infertur, legitima media non obſiſtere divinæ providentiæ, ſed ei ſubordinari. Idem de peſtilentia ſentiendum, non reluctari divinæ providentiæ, vel qui in communi laborant, ut accenſis ignibus, aut pulvere ſulphureo, aut aliis rationibus aëris intemperies corrigatur, vel qui privatim prophylacticis utuntur, vel etiam qui, quantum per conſcientiam poſſunt, infecta loca relinquunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Ad tertium, Charitatem non requirere ut omnes omnibus ægris adſint: ipſis ſuccurri poſſe per eos qui ad id eliguntur. Eſſe etiam contra charitatem ſi quis ut uni inſerviat, multis officiat. Si familiam ſuam inficiat: Si alios in periculum adducat non neceſſarium. Regulam charitatis eſſe, ut conſulatur pluribus, & ita applicari debere, ut ſub illius prætextu, charitatem non lædamus. In hunc ſenſum de hac materia diſſeruit Hieronymus Zanchius.

Georgius Sohn etiam Profeſſor Heidelbergenſis, in Theſibus *de cauſis & curatione peſtis*, opuſcul. Tom. I. eandem ſententiam amplexus eſt. *Eis qui ſine Reipub. & Eccleſiæ incommodis, & ſalva charitate proximi abeſſe poſſunt, fugæ remedium eſſe conceſſum, atque in his locum habere illud medicorum, Citò, longè, tardè, cede, recede, veni.* Gu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Gulielmus Perkinſus Theologus Anglus, vir pius, & in conſcientiæ caſibus apprimè verſatus, explicans præceptum Decalogi VI. in parte affirmativa, qua ſtatuitur vitæ noſtræ & aliorum conſervatio, Ad quæſt. *An liceat homini fugere tempore peſtis?* Reſp. *Quos impédit vocatio, quominus cedere poßint, illis interdictum eſſe fugere, quales ſunt magiſtratus & paſtores, utpote animarum curatores: At qui liberi ſunt & immunes, nec ad ullam obligati vocationem, illis conceſſam eſſe fugam.* Rationes præcipuas has affert. 1. Incolumitatem ſuam atque ſalutem quęrere cuivis liberum eſt, modo ſine aliorum id fiat damno & detrimento.

2. Homini licet fugere bellum, famem, inundationes, incendium aliaque ſimilia vitæ diſcrimina, cur non etiam peſtem?

3 Diminuto plebis numero &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cœtu, ipſum etiam diminuitur periculum.

Ad objectiones autem ita reſpondet.

1. Fuga diffidentiæ ſignum eſt. Reſp. Diffidentia peccatum eſt, quod non in reipſa, ſed in perſona ſitum eſt & committitur.

2. Inſt. At res offendiculi plena eſt. Reſp. Acceptum, non datum eſt illud ſcandalum.

3. Fugere, proximum eſt deſerere, id quod charitati maximè repugnat. Reſp. Minimè verò: dummodo adſint conſanguinei, magiſtratus item, & verbi miniſtri.

4. Viſitare ægrotos tenentur omnes homines, idque ex conſtitutione & ordinatione divina. Reſp. Excluſi erant inter Judæos leproſi, atque ita excepti etiam ſunt illi, qui ejuſmodi affecti ſunt morbo, qui lepræ quam proximè reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

reſpondet, nec ſine periculo contagioſus eſt. Hæc Perkinſus.

Eandem quæſtionem eruditè tractavit in Schola Theologia in Academia Oxonienſi *Georgius Abbatus*, poſteà Cantuarienſis Archiepiſcopus, quæſt. quinta, de fuga in perſecut. & peſte; ubi doctiſſimè refellit eos, qui ſub eo prætextu, quod contagio illa ſit divina viſitatio, & quod unicuique ſuum vivendi tempus ſit aſſignatum, inferunt nulli hominum licere ſe ſubducere. Hæc futilia eſſe probat: quia pari ratione, poſſet quis ſe in mare projicere, aut de rupe dare præcipitem, quia non morietur niſi advenerit hora, quod tamen Salvator ad tentationem Domini refert Matth. 4. v. 7. Summum Deum ut fines, ſic etiam media ordinaſſe, & ea omni modo nobis eſſe perquirenda. Quod ad Dei viſitatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nem attinet, eſto ſanè virga Dei, & ſi nos ea percuſſerit feramus patienter, non tamen eſt opus ut temerè nos ingeramus, ne violentas nobis videamur injeciſſe manus. Gladium etiam & famem, & noxiarum beſtiarum dentes, & alia ejuſdem generis Deum recenſere in acerbiſſimorum ſuorum flagellorum numero. Hæc verò vitare, ſi poſſimus, docent piorum exempla, Davidis fugientis à jaculo Saulis, & Patriarcharum propter famem in Ægyptum ſecedentium.

Addit, fugiendas eſſe cuilibet, ſui perdendi occaſiones. Speciale eſſe præceptum de vitanda cæde; ſi alienâ, certè noſtrâ, ſi nobis non liceat ullo modo mortem conſciſcere, nec & viam ingredi quæ ducit ad mortem, nec media aggredi quæ juſta ſunt. Et ut in aliis, ſic in peſte, quæ *occiſor* ſane eſt, Pſal. 91. v. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

v. 6. & multa millia hominum quam citò diſſipat.

Deum qui proſpexit populo ſuo contra contagium lepræ, voluitque leproſos ſeparatim vivere, ne alios inficerent, non improbare, ſi, ut vitemus periculoſius contagium & nocentius vitæ, ad tempus ſecedamus. Turcarum morem non eſſe probandum, qui in loca peſte infecta ſine diſcrimine irruunt. Chriſtianorum eſſe ſe continere: Nec importunos homines querelas facere debere fratribus ſuis, qui neceſſariis temporibus, ſe, & liberos, & familiam ſuam ſubducant. Quibus Deus rei oportunitatem conceſſit, ii bono animo utantur. Sed abſentes languentibus ſuis fratribus, jam miſeris, nec deſint: verum conſilio, auxilio, quibus poterint modis, juvent, dirigant, conſolentur. Eam eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Chriſtianorum ſympathiam. Hæc ille.

Ludovicus Lavaterus, qui circa hanc quæſtionem rigidior eſt, agnoſcit tamen ſcribens in lib. v. Paral. cap. 21. *Nihil prohibere quominus utamur remediis προφυλακτικοῖς, ut cum accendimus varios odores, quibus aër corrigatur, & venenum pellatur: cum bonam diætam obſervamus.* Addit, *pleroſque nihil utilius putare fuga, ut ex peſtilentibus locis in ſalubria ſe quamprimum conferant. At videndum eſſe, quid officii noſtri ratio poſtulet.* Quæ ſanè cautio neceſſaria eſt, & ab omnibus qui ſapiunt obſervanda: ſed ex his apparet eum non abſolutè fugam damnare.

Scripſit olim de eadem quæſtione gravem & ſolidam Epiſtolam Urbanus Regius, ad Antonium à Berckhuſen Conſulem in Hanovera, quæ habetur operum ejus

parte

parte ſecunda, fol. 91. Hancautem ſic reſolvit.

Qui in civitate non fungitur aliquo munere, ſive œconomico, ſive politico, ut ob ipſius abſentiam nihil cuiquam decedat, ſi abſentia ejus, nihil cuiquam detrimenti aut incommodi affert, ſique valdè ſibi ac ſuæ vitæ à peſte timet, is bona ſcientia fugere poteſt, ne Deum tentet, ſed ſic tamen fugere debet, ut ſuam voluntatem & ſe totum tradat & committat, in voluntatem bonam & ſanctam patris noſtri cœleſtis, qui etiam in medio & profundo mari poteſt ſuos ſervare, ut Jonam ſervavit: ſed quamvis id poteſt, tamen ob id non debet Jonas, temerè citra Dei verbum & voluntatem, ſe in mare conjicere, hoc enim eſſet tentare Deum, qui poteſt nos in omnibus locis, invenire, liberare, & occidere quando vult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Qui igitur vocationis & miniſterii ſeu functionis alicujus vinculo non eſt aſtrictus & alligatus, ſi nihil habeat quod agat ex publico mandato, ei licet vitare peſtem, quocumque poteſt modo, atque locum mutare & fugere: ſemper tamen id fieri debet in Dei timore. Fugerunt mortis periculum multi magni nominis ſancti in veteri Teſtam. ut Abraham, Iſaac, Jacob, Elias, Paulus atque alii. Stultitia enim & temeritas eſt ſine cauſa in periculum mortis ſe conjicere. Hæc Regius.

Hi omnes Theologi fuerunt Orthodoxi, nec ulla ſuſpicionis labe unquam aſperſi, quod providentiæ aut prædeſtinationi divinæ quicquam unquam detraxerint; qui tamen uno conſenſu docent, abſtinere poſſe fideles à locis infectis, & ſibi fuga præcavere, & ſuis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

iis rationibus & modis quos charitati Chriſtianæ repugnare non vident.

Difficilior quæſtio eſt de magiſtratibus & Eccleſiæ miniſtris, maximè ubi agitur de fuga & ſeceſſu. Nam, cum eorum ſit omnibus providere, ſanis & infirmis, nec id commodè poſſint, ſi ſolum vertant, ferè omnium conſenſu ad reſidentiam obligantur, nec niſi ſcandalo dato, ſecedere poſſunt. Sic etiam ſuppoſuerunt illi, quorum ſententias adduxi. Sic Gregorius Sohn paucis, ſed expreſſis verbis, *Quos*, inquit, *publici muneris, ſive Eccleſiaſtici ſive politici, aut Chriſtianæ charitatis, ratio jubet manere, eis Fugæ remedium, & tria illa medicorum adverbia*, Citò, longè, tardè, *minimè conveniunt. Nunquam enim aut vocatio noſtra deſerenda, aut charitas proximi violanda.* Joan. 10. v. 11. Matth. 25. v. 42.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

v. 42. *Itaque ſi fugiunt illi, malo malum curant.*

Sic etiam Regius uti ſupra. *Qui publicam aliquam functionem obit, ſive Eccleſiaſticam ſive politicam, is ſuæ functionis munus adminiſtret oportet, nec bonâ conſcientia fugere poteſt.* Quibus tantum hoc concedit, ut poſt ſpiritualia adhibita remedia, *in timore Domini remediis corporalibus mediiſque omnibus* quibus peſtis aut pelli aut arceri poteſt, quibus nos adverſus peſtem munire queamus, ne ea inficiamur, dummodo ea media non ſint contra fidem & charitatem.

Id tamen in eo notandum, etiamſi maneant in loco communi, puta in civitate, & munia ſua exerceant in Repub. & in Eccleſia, non teneri omnes, accedere laborantes, & cum eis præſentes communicare. Cum enim debitores ſint firmis & infirmis, & familiis ſuis; ſintque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Reipub. & Eccleſiæ addicti, nec vel totam vel maximam Reipub. aut Eccleſiæ partem faciant qui ſunt infecti, cur in aliorum præjudicium, ſe totos ei parti addicerent quæ laborat? Et de Magiſtratu fortè non multum litigabunt, ſufficere ſi per alios curet, ut ægris neceſſaria commodè & opportunè per eos qui debent, & qui ad id deſtinantur, adminiſtrentur: ſed Paſtores debere id exequi αὐτοπροσώπως, quia tales ſunt eorum miniſterii functiones, quæ per alium fieri non poſſint, nec ab abſentibus ſufficienter procurari. Itaque, ubi unicus eſt paſtor neceſſarium videtur, ut gregi ſuo provideat, laborantes ad pœnitentiam invitet, de beata ἀθανασίᾳ eos rectè inſtituat. Tunc enim in vocatione ſua perſtanti, *cadent à latere mille, & decem millia à dextern ejus, ad illum autem*

non

non appropinquabit. Pſal. 91. v. 7. Quod ſi aliter Deo videatur, beatus tamen erit, qui contempta morte, officio ſuo fuerit ritè defunctus.

Et hæc certè maxima conſideratione digna ſunt. Sed nihilominus, etiam in hac neceſſitate, duo ſunt animadvertenda. 1. Ubi plures ſunt paſtores, poſſe ea ratione quam diximus Genevæ conſuetam eſſe, unum aut alterum ex pluribus delegari, qui ſorte ſint delecti, & infectis adſint, adhibita tamen prudentiæ regula in acceſſu, id eſt, ne tam propè accedant, cum remotiores audiri poſſint ab ægro, ne accedant niſi adhibitis remediis præcaventibus, niſi fortè urgeat neceſſitas: Et ne familiam inficiant, quamdiu in illo opere verſantur, procuretur eis à magiſtratu locus publicus, cum neceſſario ad id famuli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

io. Tum reliqui Paſtores, commodè poterunt reliqua munia exercere in publico Eccleſiæ cœtu, & in conſolatione afflictorum, ut aliis morbis laborantium, qui ſint minus periculoſi, qui alioquin abhorrerent à paſtorum ſuorum præſentia, ſi eos ſcirent promiſcuè infectas ædes frequentare. Ita quoque ſentiunt doctiſſimi quique Theologi, etiam ii qui in hac materia videntur rigidiores. Sic Joh. Gerardus Theol. Jennenſis Locorum Comm. Tom. 6. pag 496. *Non tamen*, inquit, *improbandum videtur ſi qua* Eccleſia *Miniſtris verbi compluribus inſtructa ſit, & conveniat inter eos, uni vel pluribus officium ægrotos viſitandi committere, vel etiam unum aut plures quorum opera* Eccleſiæ *inſigniter utilis eſſe poßit, à ſe in loca tuta dimittere.* Quam ejus ſententiam refert & probat Paulus Tarnovius, nuper

Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Roſtochienſis Profeſſor ; lib. de Miniſterio 3. cap.2. Sic etiam Zanchius loco citato, *Cur Eccleſia unum & alterum, vel plures pro temporum neceßitate, huic officio faciendo non conſtituit, qui omnium ægrotorum curam ſuſcipiant: aliis qui magis Eccleſiæ ſunt neceſſarii hoc inviſendi labore liberatis?*

Fundamentum hujus ſententiæ hoc eſt, Curandam eſſe ſingulorum membrorum ſalutem, ſed in primis totius corporis, & maximè ne tota Eccleſia paſtorum ſuorum miniſterio fraudetur. Unde etiam id ſequitur, ubi unicus eſt Paſtor, toti Eccleſiæ communis, videndum eſſe, ſi qua alia ratione ægris ſuccurri poſſit, quæ eum non reddat inutilem aut ſuſpectum reliquo gregi: quod in his regionibus, etiam extra periculum contagii, conſtitutum eſt, ut aliqua oneris parte leventur paſtores, adhibitis, ex

x alio ordine, conſolatoribus. Id ifficilius eſt, ubi adminiſtratur œna Domini clinicis, tum enim idetur neceſſaria Paſtoris opera, uamvis exiſtiment nonnulli, id ieri poſſe per interpoſitam perſo-nam, quemadmodum olim Sera-ioni modicum Euchariſtiæ ma-lefactum, à miniſtro, decumbenti per puerum delatum eſt referente Euſeb. Hiſt. Eccl. lib. 6. c. 34. Sed exemplum legem non facit, maxi-mè cum ſit unicum & inſtitutioni S. Domini cœnæ repugnans. Exi-ſtimat ergo Frid. Balduinus, Ca-ſuum conſc. lib. 4. cap. 9. magis conſultum eſſe ut paſtor viſitet ægrotum, eumque *ex gurguſtio ſuo*, ut ille loquitur, in locum apricum deferri curet, ipſeque eminus ad-verſus ventum ægrum audiat, ſa-cram cœnam porrigat, cæteraque ad hunc actum pertinentia exequa-

tur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tur; ita minus periculi infectionis futurum. Addit tandem, *Sacramenti cœnæ non tantam eſſe neceßitatem, ut in iſto periculo peſtis, propter unum aut alterum infirmum, alibi locorum cœtus integer, periculo infectionis committatur.* Nos qui cœnam in eum finem inſtitutam eſſe novimus, ut in cœtu Eccleſiæ adminiſtretur, quique fideles hortamur, ut, dum ſani ſunt, & opportunitas adeſt, communionem ſacram frequentent, vix habemus qui in hoc agone id expetant, quod norunt nec eſſe tum neceſſarium, nec etiam convenire. Itaque communionem cum Chriſto alia ratione apud ſe confirmant, memoriâ præteritæ perceptionis ſacramenti, & verbo præſenti, quo fides eorum corroboratur. Et certè, non eſt de nihilo, quod ab hujuſmodi functione excipiendos putant magnos viros,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

iros, qui ut viventes plurimum
roſunt Eccleſiæ, ſic etiam obitu
uo eam deſolatam relinquunt, &
tiliſſimis inſtrumentis carentem:
Maximè ſi tales ſint qui etiam in
ſcholis doceant, qua ratione etiam
xceptum fuiſſe D Bezam Gene-
væ, quantumvis reluctantem, ab
is qui aderant, intellexi. Et non
mmerito conqueritur D. Zan-
chius, quod occaſione cujuſdam
fœminæ peſtilentia laborantis Ti-
guri D. Henricus Bullingerus re-
dierit peſtilentia infectus, totam-
que infecerit familiam, ita ut inde
illius uxor & duæ filiæ obierint:
quum ſaluti & conſolationi illius
ægrotantis fœminæ alia ratione,
quam acceſſu tanti viri, conſuli po-
tuiſſet. *Annon etiam*, inquit, *aman-
da erat familia & Eccleſia: & utriuſ-
que ratio habenda?* Concludebat er-
go, Bonum publicum præponen-
dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dum eſſe privato, & majus minori, neque Imperatores in prima acie ſummis periculis eſſe exponendos, quod hoc exercitui non ſit conſultum. Poſſem adjicere Zachariam Urſinum, itidem Theologum Heidelbergenſem, Exercit. Theologicarum parte 2. pag. 514.

Hanc etiam fuiſſe Eccleſiarum in Gallia reformatarum communem ſententiam, patet ex reſponſione Synodi Nationalis habitæ Vitriaci in Armorica provincia, an. 1583. Majo menſe, in qua, Eccleſiarum Belgicarum nomine, comparuerunt tres delegati, Michaël Foreſtus Gallicæ Eccleſ. Mechlinienſis, Doctor J. Bollius Gandavenſis Eccleſiæ, & J. Harenius Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Brugenſis Paſtores. Sic autem habet Articulus Reſponſorum xxv. *Ad quæſtionem à deputatis pictavienſibus propoſitam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ram, num expediat ut Miniſtri verbi ægros peſte laborantes viſitent? Synodus hoc conſiſtoriorum prudentiæ commiſit, exiſtimans nihilominus id fieri non debere, niſi ob graves & urgentiſſimas cauſas, ne tota Eccleſ. periculo exponatur, dum quibuſdam privatis conſulitur: niſi conſolatio adhiberi poſſit ſine periculo, & æger ex remoto loco conſolantem poſſit audire. Interim cenſet, Paſtorem cum videt periculum ingruere, populum in ordinariis ſuis concionibus debere ad patientiam præparare, per ſpirituales conſolationes, ad id etiam ſelectis aptis & commodis S. Scripturæ locis. Ex quo tria colliguntur: Eccleſiarum illarum ſententiam eſſe, 1. Morbum illum eſſe contagioſum. 2. Cuique ab eo prudenter ſibi eſſe cavendum, nec temerè frequentanda eſſe infecta loca. 3. Ubi pauci ſunt Paſtores toti Eccleſiæ communes, ita ægrorum conſolationi providen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dum, ut maximæ Eccleſiæ parti non præjudicetur, dum paſtor pluribus inutilis redditur, ob pauciorum commodum. In omnibus tamen adhibendam eſſe regulam charitatis & prudentiæ Chriſtianæ.

Nec video aliter ſentire Theologos Pontificios qui de caſibus conſcientiæ ſcripſerũt, quod etiam ex eorum praxi conſtat, ubi maximè viget eorum Theologia, ut in Italia & Hiſpania, atque alibi paſſim; cavent enim maximè, ne, qui vel leviſſimè ſuſpecti ſunt infectionis, alios frequentent & in civitatibus maximè infectis recipiantur. Unde Summiſtarum quæſtiones de juramento eorum qui ex locis contagioſis veniunt, an id poſſint fide data negare, ſi norint ſe nullum periculum poſſe creare recipientibus ſe, & an poſſint æquivocatione

fal-

fallere? Reſpondent enim omnes, *ſe id poſſe, ſi merito credant venientes ex loco peſtilenti, nec ſe, nec aliquid ſuum peſte infectum eſſe,* aliàs *nullatenus jurare licere, quando eſt periculum contagionis.* Sic Toletus lib. 4. Summæ cap. 21. Leſſius de juſtitia & jure, cap. 42. dub. 9. n. 47. Sanchez Moral. Tom. 2. lib. 3. cap. 6. num. 35. & alii plures. Qui mos etſi improbandus ſit maximè, oſtendit tamen apud eos contagii fugam non tam ſuaderi, quam legibus imperari. Imo etiam jus Canonicum decernit, *Si accideret peſtem in loco ſtudii graſſari, tunc poſſe ſcholaſticos & Profeſſores in quandam vicinam civitatem aut oppidum ſecedere, eoſque tum comitaturos privilegia quæ erant data ſtudio generali in loco electo*, ut refert Petrus Gregor. De Repub. lib. 18. cap 6. num. 10. Audio Gabrielem Bielem & Ludovicum Berum, *de fuga peſtis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tractatus conſcripſiſſe, indicante Molano in *Bibliotheca materiarum*, ſed non mihi eos videre contigit, nec in re manifeſta, multis teſtibus opus eſt.

Hujus tamen Ludovici Beri ſententiam ſi quis aveat ſcire, adeat Claudii Eſpenſæi Sorbonici Doctoris, digreſſionum in 1. ad Tim. lib. 3. cap. 19. ubi contrahit opuſculum illud, & alia addit ex Muſculo, & hiſtoria Eccleſiaſtica conſideratione digna. Summa eſt, Tempore peſtis, vel alio periculoſo tempore, ob vitandum periculum, eos qui liberi ſunt fugere poſſe. Qui muneribus publicis ſunt addicti non debere, nec bona conſcientia poſſe. Uti tamen remediis & prophylacticis non ſolum eis liberum eſſe, ſed etiam ad id omnes teneri: qui manent, infirmiores abeuntes non condemnent: Qui fugiunt,

fugiunt, alios non arguant tanquam Dei tentatores: ſed Dei judicio permittant, quo ſpiritu quiſque ducatur. Quicquid ſit, caveatur ægris & morbo correptis, ne deſint eis neceſſaria ſubſidia. Quiſque provideat domeſticis ſuis, vel aliis ſub ſua cura conſtitutis. Reliqua videat apud Eſpenſæum, loco citato, & expendat.

Præſertim cum tranſlatio Synodi Tridentinæ Bononiam hoc prætextu à Pontifice Rom. fuerit conceſſa, *quod prælati timore morbi abire volentes, juſte detineri non poſſent*: ideò *pro ſecuritate eorum concilium ad civitatem Bononiæ, veluti ad locum magis paratum, ſalubrem & idoneum pro tempore transferendum eſſe.* quæ ſunt verba ipſius Decreti ſeſſ. 8. die XI. menſis Martii 1547. Agebatur autem de peſte, quantum ibi graſſari vel prætexebant, vel ſerio agnoſcebant.

Ego igitur in hoc negotio puto, juſtas eſſe cauſas cur ab eorum virorum, quorum adduxi judicia, ſententiâ non diſcedam, quæ mihi videtur fidem in Deum ſervare; & charitatem cum prudentia conjungere. Non dubito, quin peſtilentia immittatur à Deo juſtas ab cauſas, quam etiam immorigeris comminatur, Levit. 26. v. 25. Deut. 28. v. 21. Num. 14. v. 11. & 12. Jerem. 24. verſ. 10. Ezech. 6. verſ. 12. Novi *Peſtem anteiviſſe Deum, & præceßiſſe anthracem ad pedes ejus, à meridie venientem & ſancto monte Paranis.* Chabak. 3. verſ. 3. & 5. Ipſi Ethnici non ignorarunt, immiſſas fuiſſe ſæviſſimas peſtes à Deo irato; unde & id factum eſt, ut Deos ſuos variis modis placare laboraverint. Sic Romani, peſte graſſante, ludos ſcenicos in eum finem inſtituerunt, Oroſio teſte lib. 3. contra gentes

cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cap. 4. Et aliàs Sibyllarum libros evolverunt, ut quid factu opus eſſet, inquirerent. Idem lib. 4. cap. 5. Nobis ſatis conſtat quid ſit faciendum, ſi modo illud in nobis ſuſcipiendi animus eſſet. Monent non Sybillarum folia, ſed Prophetarum libri, Deo ipſo conteſtante unicum eſſe remedium in verâ pœnitentiâ. *Si*, inquit, 1 Reg 8. & 2. Chronic. 6. *immiſero peſtem in populum meum, & deprimentes ſe populus meus ſuper quos invocatur nomen meum, oraverint & requiſierint faciem meam, revertentes à viis ſuis malis; viciſſim ego audiens e cœlis, condonabo peccatum eorum, & curabo terram eorum.* Huic exercitio præſertim incumbendum, ſine quo nihil proficitur, vel fuga, vel præcautionibus, vel purgatione ædium, vel excitato fumo ſulphuris aut pulveris, vel ignibus accenſis, vel alio quovis remedio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ex cauſis naturalibus deſumpto. Fruſtra ſunt qui Deo, non in primis placato, cum morte fœdus ſe putant inire poſſe. *Pepegimus*, inquiunt, *fœdus cum morte & cum ſepulchro egimus cautum: flagellum inundantis non tranſibit, non obveniet nobis, quia diſponimus fallaciam receptum noſtrum, & in mendacio abſcondimus nos.* Eſai. 28. v. 5. At fruſtra ſunt; Deus è latibulo ſuo eos eruet, *Immittet peſtem* in civitates *eorum, & ſanguinem in vicos eorum.* Ezech. 28. v. 23.

Nec minus deteſtandi ſunt, qui fiduciæ in Deum nomine abutuntur, & contemptum mortis præ ſe ferentes, non moventur tot funeribus, in quorum medio indulgent genio, ex eorum ſchola, qui, *tempore quo vocat Dominus Iehova exercituum ad fletum, & ad planctum & ad calvitium, & ad cincturam cilitii*, ad *lætitiam & gaudium* ſe convertunt,

occi-

occidendo boves, & jugulando pecudes, comedendo carnes, & bibendo vinum, dicentes, *edamus, & bibamus, cras enim morituri ſumus.* Eſai 22. v.12 13. Exhorrui ſanè ad hanc ἀναισθησίαν, cum mihi nunciatum fuit quibuſdam in locis, quo tempore peſtis magis ſæviebat, auditos fuiſſe, diebus ferè ſingulis, clamores bacchantium, bibentium & tripudiantium, in viduis recens ædibus, in ipſis vicis & plateis civitatum: à funere ſæpè, non ad ſimplices tantùm compotationes & aſſuetas, ſed etiam ad nuptiales epulas coëuntium, eorum & earum, quorum conjuges recens ferali urnæ fuerant concluſi. Quæ barbaries? Quæ ſtoliditas, vix in brutis animalibus ferenda? Hæc mihi in mentem revocant illud Auguſt. lib. 1. de Morib. Eccleſ. Cathol. cap. 34. *Novi multos qui luxurioſiſſimè*

ſuper mortuos bibant, & epulas cadaveribus exhibentes ſuper ſepultos ſe ipſos ſepeliant, & voracitates ebrietateſque ſuas deputent religione. Mihi ſanè, & aliis multis, ſemper diſplicuit mos ille comparationum, poſt deductum funus, cujus origo aliunde arceſſi non poteſt quam ab Ethnicorum ferialibus conviviis. Sed ſi aliquid indulgendum eſſet, quo tempore pauci moriuntur & fato naturali; an propterea vel idem uſurpandum eſt, vel licentioſius etiam agendum, cum *ad fletum, planctum, & cilicium vocamur*? Quid ergo mirum ſi *adverſus tales revelaverit ſe Iehova exercituum?* ne vivam, inquiens, *ſi expietur iſta inquitas vobis, donec moriamini.* verſ. 14. Sic, cum apud Corinthios *Eccleſiam Dei contemnerent & pudefacerent*, dum *uno eſuriente, alius ebrius erat*, & profanarent menſam Domini, *propterea inter eos multi fuerunt*

runt invalidi & debiles & dormierunt multi, quia ſeipſos non dijudicarunt, ne à domino punirentur. 1 Co. 11. v. 30. & 31. Ad hæc Dei judicia niſi contremiſcamus, quid de nobis ulterius ſperandum, niſi ut idem pronunciet Deus, quod de Iſraëlitis Eſai. 1. v. 5. *Quo percutimini amplius, augetis apoſtaſiam; totum caput* confectum eſt, *eadem ægritudine, & totum cor languidum.* Quid, quod in iſtis etiam, *vinolentiis & comeſſationibus deditis*, cupiditas & avaritia ſe adjunxit, defunctorum bonis inhians, & ad ea vel diripienda, vel titulo aliquo vindicanda ita excurrens, ut contempto omni periculo, vix expectaverint corporum infectorum ſepulturum? Et tamen non pauci ex talibus in eos qui ſibi prudenter cavent, debacchantur; ſuamque, ſi Deo placet, fidem, & charitatem prædicant! An putatis ergo

fidei

ſidei in Deum ſigna eſſe, ridere dum percutit? an non potius ſi qui ad judicia Dei contremiſcant, & ejus opem implorent?

Et tamen, dum in Deum ſpes recumbit, dum precibus & votis mala deprecamur, quæ manus ejus immiſit, & ejus miſericordiam implorамus, quæ Angeli deſtructoris impetum, aut moretur, aut penitus cohibeat: negligenda non ſunt, quæ legitimè uſurpari poſſunt omnia ex cauſis ſecundis, & Deo ſubminiſtrantibus. Nam cum apud omnes conſtat, habere etiam peſtilentiam ſuas naturales cauſas, tam in ortu ſuo ſæpè, quam in progreſſu ſemper: quid obſtat quominus, contrarias etiam, quantum fieri poteſt, adhibeamus, ut earum vim retundamus Deo benedicente? Quis neſcit, aliquando peſtem oriri ex ſordibus reſidentibus, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cloacis non purgatis? Aliquando cauſam eſſe in ſole, ſi calore vel nimio ardore æſtuet, quo morbidos ex terra vapores trahit, quibus ægra corpora, &, ob inſolitam mutationem aëris languentia, peſtilentibus morbis conſumuntur? Diodorus certè Siculus, Bibliothecæ lib. 12. ex aquis ſtagnantibus æſtu ſolis concalefactis, auras craſſas tetrique odoris exhalare tradit, quibus diffuſis aër inficitur; fruges etiam nimium humectatas indecocto ſucco virulentas, inficere veſcentes, auramque æſtivam, ſi non Etheſiis refrigeretur, plurimum nocere. Addit Marſilius Ficinus in Epid. Antidot. cap. 2. *Peſtis vaporem in aëre creari cum univerſalior eſt, ex malignis quibuſdam conſtellationibus, præſertim ex Martis, cum Saturno, in ſignis humanis conjunctione, ex luminarium Eclipſibus, &c.* Sed hoc etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

etiam notat quod diximus, in particularibus peſtilentiis, cauſam eſſe in ventis & malignis lacunarum & cloacarum vaporibus, & pariter ex terræ motibus. Sed ſemper in aëre craſſo & paludoſo, nubiloſo & fœtido regnare. Quarum cauſarum nonnullæ in his regionibus concurrunt, & in locis illis & oppidis maximè, in quibus peſtis plurimum ſævíit.

Quid ergo? Si Magiſtratus Reipub. & ſubditorum curam gerens, jubeat purgari cloacas, ſtagnantes aquas moveri & innovari; aëris humiditatem nimiam, frequentibus ignibus temperari, ædes infectas non antè à novis hoſpitibus inhibitari, quam ſuffumigationibus, poſt accuratam lotionem, ſalubriori aëre revocato? An proptereà impietatis erit inſimulandus, quaſi adverſus manum Dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

extenſam reluctaretur, & vellet θεομαχεῖν? Quaſi verò non potius adverſus Deum inſurgeret, ſi neglecta ſalute populi ſibi commiſſi poſt ea quæ πρὸς τὸν θεὸν ſunt primùm, & ante omnia, procurata; omnem lapidem moveret, & vias omnes legitimas tentaret quibus morbi vis, quodammodo remittat? Itaque ad ejus officium pertinere contendimus, ut non ſolùm ea quæ dicta ſunt ſtatuat & jubeat, ſed etiam eos cohibeat, qui omni charitate in proximum deſtituti, ſe aliis impunè immiſcent; poſtquàm immediatè ex locis infectis egreſſi ſunt, ſine ulla nota, quâ diſcerni poſſint vel ædes vel perſonæ eorum qui nondum ſanati, inter ſanos in templis & locis aliis publicis ſedent; qui apertis officinis merces ſuas exponunt venales, eo ipſo die, aut paulò poſt quam cadavera ex iis

delata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

delata ſunt. Quæ certè licentia, in his locis tanta eſt, ut mirandum non ſit peſtem tam latè ſerpere, ſed potius mirandum ſit quomodo tandem fieri poſſit ut ceſſet unquam.

DIGRESSIO DE *ſepulturis in Templis.*

Hic autem permitte mihi ut paululum digrediar, non tamen extra rem, & dicam quid ſentiam de eo quod mortuorum cadavera etiam tempore contagii illius, non in civitatibus tantùm, ſed præterea in Templis ipſis, in quibus ad Dei cultum convenimus, ſepeliuntur & tumulantur. De eo in genere ſententiam meam protuli ante annos multos in publico ſcripto, ſed nunquam tunc temporis exemplum videram, ne apud Pontificios quidem, cadaveris peſte infeſti, in Templo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

templo tumulati, quod, non ſine horrore, fateor me vidiſſe in his regionibus, ita ut etiam, dum ſacra haberetur concio, aperta ante oculos eſſent ſepulchra, cum capſis mortuorum recens conditis, & alias expectantibus, priuſquam terra injiceretur. Hæc res enim mihi viſa eſt paulum abeſſe ab eorum moribus, qui fontes publicos inficiunt, quod vix poſſunt efficaciori modo, quam ſi talia cadavera aquis illis immergant. Abſit tamen invidia verbo, quia id ab his tentari ſcio peſſimo animo; ab illis autem ex aliqua in defunctos charitatis ſpecie, & honoris exhibitione. Sed certè aliter poſſet honor ille defunctis tribui, quam ea ratione, quæ viventibus adhuc, & ſpirantibus Eccleſiæ membris noxia ſit, & pernicioſa.

Legi nonnullos qui αὐτόπται de gen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

gentium & nationum variarum moribus & ritibus ſcripſerunt, circa mortuorum ſepulturam; Alios etiam audivi qui plures hominum habitationes, variis in locis habitabilis orbis peragraverant; Teſtes eos vocare vellem an in toto oriente, ſive in Europæ illa parte quam Turcarum Imperator occupat, ſive in Aſiæ diverſis regnis & Provinciis, ſive in Africa, unquam viderint aut audierint, etiam eos quos barbaros exiſtimamus, loca ad cultum deſtinata mortuorum cadaveribus replere? an id etiam ſit in praxi Chriſtianorum, qui apud illas nationes ſunt diſperſi? Memini me, cum nuper de eo cum nonnullis agerem, mihi narratum fuiſſe, quam nitidè & purè loca illa habeant, quam alieni ſint ab eo more ſepeliendi in iis defunctorum cadavera, ut ne ipſis etiam Imperatoribus id conceſſum ſit. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Non exiſtimo neceſſarium eſſe
luribus oſtendere, id, ne quidem
n civitatum ambitu, olim fuiſſe
onceſſum apud gentes. In popu-
o Dei res eſt extra controverſiam,
epulchra mortuorum extra urbes
uiſſe, & elatos fuiſſe ex urbibus
quoſcumque, quorum ſepulturæ
n ſacris fit mentio, Geneſ.25.v.9.
Marc.5.v.2.14. Luc.7.v.12. Joh.11.
v.3. & 31. exceptis fortè regibus;
qui in civitate Davidis ſepelieban-
tur, ſed in loco extra viventium
conſortium delecto nempe in hor-
tis, & quæ in eis, cryptis & ſpelun-
cis. Non inſiſtam in eo, quod
Athenienſes olim extra urbis ſuæ
pomœria mortuos ſuos ex lege ſe-
peliebant: quod ab his portæ civi-
tatis ἠριαῖαι appellabantur, quod
illinc mortui ad ſepulchra effer-
rentur; quod ad portas urbis fie-
rent ſepulchra, in agrorum finibus,
vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

vel ad vias; Quod legibus duodecim tabularum cautum fuerit, *ne quis hominem in urbe ſepeliret, neve ureret.* Quod Adrianus Imperator prohibuit, non ſolum mortuos inhumari Romæ, ſed ne quidem in ulla Imperii ſui civitate, addita ratione *ne ſanctum municipiorum jus polluatur*, vel ut ait Paulus JC. *ne funeſtarentur ſacra civitatis.* lib. 12. c. de Rellig. & ſumpt. funerum Paulus l. 1. Sent. Tit. 21. Jus enim Pontificium Romanorum, non permittebat *locum publicum obligari privata relig one ſepulchrorum*, ut à Cicerone eſt animadverſum. Teſtimonium Varronis habemus l. 5. de lingua latina, *Monumenta in Sepulchris ſecundum viam fuiſſe, quæ prætereuntes admonerent, & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales.* Sunt qui ex profeſſo argumentum illud de ritu, more & legibus priſci funeris, tractarunt, quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quorum libros deſcribere nec libet, nec opus eſt. Id tantum animadvertendum cauſam hanc quæ Romanorum lege affertur, perpetuam habere vim *pollui municipia* cadaveribus mortuorum, non quidem morali pollutione, vel ceremoniali, ut apud Judæos, ſed certè Phyſicà, quæ in eo conſiſtit, quod non aër ſolum vicinus apertis monumentis, & vaporibus è terra exhalantibus inficitur, ſed aquę etiam puteorum, quæ per ejuſmodi terras colantur, non poſſunt, quin aliquam qualitatem induant reconditi fœtoris. Legebam nuper apud Lylium Gregorium Giraldum, antiquiſſimi fuiſſe quidem inſtituti, ut intra urbem & domi quoque defunctorum cadavera conderentur, inde etiam remanſiſſe larium & penatum religionem, qui ea de cauſa domi à gentibus

tibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tibus colerentur. *Verum ea mox conſuetudo* (ait ille, lib. de vario ſepeliendi ritu) ut FOEDA AC TETRA, *antiquata & in totum ſublata*, quod ille probat adductis iiſdem legibus quarum nuper meminimus. Qui etiam ſequentia addit, ad rem noſtram maximè ſpectantia. *Quibus de cauſis cadavera extra civitates ſepelirentur, inter alias potiſſimum has afferri video, ut ſcilicet libera urbs tetro cadaverum odore, minus peſtilenti aere afficeretur, & ut illac tranſeuntes viatores ad laudes accenderentur, monerenturque ad præclara facinora obeunda, neve ſi ita accidere, paterentur hoſtes in ſuorum monumenta graſſari, & perinde etiam alacriori animo à mœnibus urbis propellerent.*

Pergit poſteà, & in mores hodiernos ſic invehitur. *Nunc Chriſtiani noſtri (prô Majorum noſtrorum ſancta inſtituta deperdita!) non intra urbem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

urbem modo defunctorum corpora condunt, verum &, ſi Deo placeat, IN TEMPLIS, *ipſiſque delubris & ſacellis, in quibus divorum cineres & reliquiæ tantum ſervari & venerari majorum noſtrorum religio fuit, nefariorum & ſceleſtißimorum hominum, utinam & non item impiorum fœdißima cadavera condunt: quod fieri præter majorum leges & inſtituta, vehementißimè doleo.* Hæc vir ille, alioqui Pontificiorum ſacris addictus, apud quos mos ille, ex ſuperſtitione & avaritia, inolevit. Nam quod de majoribus ſuis ait, non de Ethnicis tantum Romanis eſt intelligendum, ſed etiam de Chriſtianis, apud quos primis & purioribus ſeculis, & quibuſdam etiam ſequioribus, mos ille in uſu non fuit. Teſtes habemus Chriſtianorum Impp. Conſtitutiones, quibus id prohibetur, ut in Capitulari Karoli & Ludovi-

ci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ci CLIX. *Vt deinceps* NVLLVS *in Eccleſia mortuum ſepeliat.*&cap. 2. XLVII. *Vt de ſepeliendis in Baſilicis mortuis illa conſtitutio ſervetur, quæ ab antiquis Patribus conſtituta eſt.* Et certè Johannes Stephanus Durantus præſes Tholoſanus, qui ritus Eccleſiæ, quam Catholicam appellat, ſcripto conſignavit, libro 1. cap. 23. *Eam fuiſſe veterum Patrum Religionem* fatetur, *ne intra Eccleſiam defunctorum corpora ſepelirentur.*

Qua de re extat adhuc Canon à Gratiano cauſa 13. quæſt. 2. Canone *propoſitum*, Concilio Vaſenſi adſcriptum, quod tamen fruſtra quæſivi in editione Conciliorum Galliæ à Jacobo Sirmondo procurata. Sed qui à Gratiano citatur, totidem verbis habetur in Concilio Nannetenſi, quod habitum fuiſſe fertur, circa annum Chriſti 900. quamvis Sirmundus antiquius exiſtimet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſtimet: Verba canonis ſic habent. *Prohibendum* SECVNDVM MAJORVM INSTITVTA *ut in Eccleſia* NVLLATENVS *ſepeliantur, ſed in atrio, aut in porticu, aut extra Eccleſiam.* Intra *Eccleſiam autem aut prope altare, ubi corpus Domini conficitur, nullatenus habeat licentiam ſepeliendi.* Triburienſis Synodi Canon decimus ſeptimus prohibet laicos ullos in Eccleſia ſepeliri, jubetque *ut corpora antiquitus in Eccleſia ſepulta, nequaquam projiciantur, ſed pavimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reverentia conſervetur. ubi vero id, præ multitudine cadaverum difficile ſit facere, locus ille Cœmeterium & Polyandrium habeatur ablato inde altari & conſtituto, ubi religiosè ſacrificium Deo valeat offerri.* Unde liquet eos adhuc tum judicaſſe. *Eccleſiæ reverentiam* non ferre, ut ſepelirentur in ea mortui, neque *religiosè* ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cramenta adminiſtrari in locis cadaveribus repletis. Sed expreſſa eſt conſtitutio Concilii Braccarenſis, quæ Bragga eſt in Hiſpania, cujus Canon habetur in Decreto Burchardi, lib. 3. cap. 157. *Placuit*, inquiunt, *ut corpora defunctorum* NVLLO MODO *intra Baſilicam ſepeliantur.* Adduntque, firmiſſimum hoc privilegium *adhuc retinere Galliæ civitates, ut nullo modo intra ambitum murorum civitatum, cujuſlibet defuncti corpus ſit humatum.* Eſt Canon 36. Braccarenſis Concilii 1. habiti ſub Rege Ramiro, in quo privilegium illud non reſtringitur ad *Galliæ* civitates, ſed in genere, quamvis Burchardus *Galliæ* nomen addiderit, civitates ſine adjunctione memorantur. Habitum fuit hoc Concil. Anno Chriſti juxta Baronium 563.

Hanc *inſtitutionem majorum* PIAM agnoſcit Durantius, & *à Carolo*

Magno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Magno renovatam & inſtauratam. Id tantum Imperatoribus conceſſum fuerat olim, ut intra veſtibula Templorum, ſeu in porticu, ſepelirentur. Aliis nullis concedebatur. *At hodiè*, ait Durantius, *recepta conſuetudine, præter majorum leges & inſtituta Chriſtiani, nedum Imperatores & ſacerdotes, quibus id poſtea indultum fuit ſed etiam laici paſſim, intra Eccleſiam ſepeliuntur, & alii complures.*

Apparet autem id invaluiſſe per malos mores, ambitionem, ſuperſtitionem, & avaritiam. Cum enim viderent homines id ſpeciali privilegio magnatibus tributum, ut primùm veſtibulis Templorum, deinde paulatim intra ipſas Baſilicas ſepelirentur quod etiam honoris cauſa Epiſcopis & aliis Eccleſiaſticis conceſſum eſt: qui autoritate aliqua pollebant, id etiam expetebant: & ut concederetur, Eccleſiis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

in quibus ſepulturam affectabant, aliquid Teſtamento legabant: unde poſteà accidit, ut patuerit omnibus janua, oblata pecunia quamvis initio reclamantibus nonnullis Conciliis, & prohibentibus *vendi ſepulturam*, ut in Concilio Triburienſi ſupra memorato factum eſt, Canone 16. Et in Concilio Nannetenſi. *Interdictum ſit*, inquiunt, *omnibus Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam negare.* De quo antea Hieronymus, in quæſt. ad cap. 23. Geneſ. *Sciant qui ſepulchra venditant, nec coguntur ut accipiant pretium, ſed à nolentibus etiam extorquent immutari nomen ſuum, & perire de merito eorum.* Et Gregorius I. lib. 7. Epiſt. 15. Januarium Epiſc. Sardiniæ redarguit, quod à Nereida fœmina clariſſ. *centum ſolidos pro filiæ ſuæ ſepultura voluerit exigere.* Admonet autem, *ne hoc avaritæ vitium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

vitium vel in alienis denuo tentari præſumat; prohibetque ne quicquam petatur aut exigatur. Sed ipſe Gregorius, qui modum avaritiæ ponere voluerat, eidem imprudens fræna laxavit, cum lib. 4. Dial. cap. 10. docuit, *hoc prodeſſe mortuis quos gravia peccata non deprimunt, ſi in* Eccleſia *ſepeliantur, quod eorum proximi quoties ad eadem ſacra loca veniunt, ſuorum, quorum ſepulchra aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt.* Hoc enim ſemel admiſſo, & creſcente in dies ſuperſtitione, nemo fuit qui non ambierit, & redimere noluerit hoc privilegium; unde creverunt aucupia illa teſtamentorum, & donariorum, & locorum licitationes in templis, pro ratione graduum, & vicinitatis altaris majoris, vel minoris. Qua ſemel data porta αἰσχροκερδία ingreſſa eſt, & locum occupavit tota, ita ut iterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Domus Dei facta fuerit *ſpelunca latronum*, ubi nihil fuit non venale, nec cuiquam licuit gratis mori & ſepeliri.

Qui igitur factum eſt, cum ipſi ſuperſtitioſi agnoſcant id eſſe contra *majorum inſtituta, contra honorem Dei & cultus religioſi*, ut templa aperiantur cadaveribus, & ſepulchra mortuorum transformentur; ut, qui alias omnes ſuperſtitiones & abuſus Pontificios ſe ejeraſſe profitentur, peſſimum hunc morem, & talem etiam agnitum ab iis qui in illum degenerarunt, retinuerint, & quodammodo auxerint, ita ut hoc non amplius ſit privilegium paucorum, ſed omnium, quibus unde emant, ſuppetit jus commune, cum publica injuria conjunctum? An adhuc ſuperſtitio quorundam animos occupat, qui exiſtiment loci ſanctitatem animabus pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

prodeſſe quarum ibi reconduntur thecæ? Id fortè de Pontificiis concedi poſſet qui etiamnum in iis promiſcuè ſepeliuntur. Sed cum ex jure Pontificio polluta cenſeantur Templa, quæ ab Hæreticis tam vivis quam mortuis occupantur; non poſſum mihi perſuadere Pontificios nobiſcum habitantes, religione loci adduci ut talem expetant ſepulturam. Quæ igitur cauſæ nos movent ut vel iis eam concedamus, vel etiam noſtris procuremus? Dicamne quod verum eſt?

Impulit ambitio, vexit avaritia.

Non video quorſum id referri poſſit, niſi ad duas haſce cauſſas revocetur. Nolunt divites, aut qui tales haberi volunt, ſepulchrum habere cum pauperibus commune. Putant honorificentius eſſe, ſi intus intra ſepta templi recondantur, quam ſi in communi cœmeterio, ſub dio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

reſurrectionem expectent. Nolunt etiam qui Templorum reditus adminiſtrant lucrum hoc imminui, quod ex defunctorum ſepultura qui in templis reconduntur iis ſeritur & metitur. Hinc illæ lachrymæ. Scio prætexi, pauperibus partem lucri illius cedere & aliis Eccleſiæ uſibus. Sed alia ratione utriſque provideri poſſet, quam ea quæ neque honeſta eſt, neque ſine periculo conjuncta, *Domus mea domus orationis vocabitur*, ait Dominus. Jerem. 7. v. 11. Marc. 11. v. 17. Non ergo in eum finem conſtrui debet ut ſit commune ſepulchrum. *Non qui mortui ſunt laudant Dominum, neque quicunque deſcendunt in locum ſilentii.* Pſal. 115. v. 18. Templa non ſunt *loca ſilentii*, ſed in iis reſonare debet verbum Dei & fidelium cantus, & orationum ſonus. Quid ergo defunctis cum Templis, cum neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

neque verbum Dei audire poſſint, neque preces fundere, neque etiam pro iis preces Deo offerri, nec ſi poſſet, oſſium & ſinerum præſentia ad id eſſet neceſſaria?

Dicet aliquis fortaſſe, id expeti à viventibus, ut mortui quieſcant in Templis, ut teſtentur fidem ſuam etiam poſt mortem, & ſpem futuræ reſurrectionis; ſeque in ea vixiſſe profeſſione quæ in locis illis exercetur. Sed id dici non poteſt, quoniam iis etiam aditus patet, qui à ſacris noſtris abhorrent. Deinde ſi id ad rem faceret, cur quibuſdam tantum id concederetur, excluſis aliis qui non ſunt ſolvendo? Regerent fortè, ſe ibi habere ſepulchra majorum ſuorum. Sed neque hoc de omnibus dici poteſt, cum multi ſepeliantur ibidem exteri, multi etiam quorum majores alibi quieſcunt. Præterea cum tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

pla ſint juris communis, quæ ratio dari poteſt, ut ibi ematur alicui aut vindicetur ſepulchri poſſeſſio? Accedit quod majores illi plerique, veteri ſocordia & ſuperſtitione moti, ſibi & ſuis tamen ſepulchri locum elegerunt: unde potius poſteris melius inſtitutis inferendum eſt, à talibus ſepulturis abſtinendum eſſe, ne ſuſpecti ſint, quaſi reliquum apud ipſos eſſet veteris ſuperſtitionis fermentum.

De ambitione quod dixi parietes ipſi confirmant. Ejecta ſunt è templis Idololatriæ inſtrumenta; ablatæ vel abraſæ imagines, quæ converſæ fuerant in idola; ut in earum locum ſubſtituerentur noſtræ vanitatis indicia, ut Templorum parietes & columnæ penſilibus tabulis ex omni parte ſcaterent, quibus æmulandi ſtudio, quiſque proximum ſuum ſuperare conatur, ita

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ut tandem effectum fuerit, ut ſchola humilitatis & abjectionis noſtræ, in ſuperbiæ monumentum ſit mutata, & iiſdem parietibus quibus inſcribuntur mandata Dei & profeſſio fidei, affigantur, ut molliſſimè dicam, profana hominum ſtemmata, & inſignia. Quæ omnia ſecum trahunt tales ſumptus, & impenſarum non neceſſariarum onera, ut profuſionis illius, ſuperſtes familia, apud multos, ſentiat incommoda. Non dubito quin ad hæc & ſimilia ingemiſcant pii Eccleſiarum Paſtores, & id emendatum velint; ferantque quod non probant, in eo fortaſſis Auguſtinum imitati, qui *multa quæ approbare non poterat, propter nonnullarum vel ſanctarum vel turbulentarum perſonarum ſcandala devitanda liberius improbare non poterat.* Epiſt. 119. ad Januar. cap. 19. Sed tamen, poſtquàm eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

uſque res proceſſit, ut multum ob-ſit Reipub. & Eccleſiæ, judicabunt illud mecum, opus eſſe remedio, quod partim ab iis, partim à pio & prudenti Magiſtratu debet expe-ctari. Ab iis, ut ex verbo Dei ita populum inſtituat, qui deinceps his non adhæreat quaſi neceſſariis, & ab omni ſuperſtitione & vanita-te abducatur. Ut norit ſua etiam maximè intereſſe, ne mos ille in-veteratus diutius ſerpat: Quod ſi fiat, Paſtoribus & populo in eun-dem ſenſum pertracto, difficile non erit communibus votis, com-munem Magiſtratum pium mo-vere, ut templa vivis fidelibus libe-ra maneant, nec amplius in iis mo-veatur terra, quæ vix ſufficit tot ca-daveribus in cinerem redigendis: unde etiam aliquando evenit, ut oſſa adhuc madida & ſanie cruen-tata oculis ſubjiciantur. Si quæ
ſint

ſint in ambitu civitatum cœmeteria, aſſerventur, ut ſi fortè tuto non poſſint per hoſtium impedimenta egredi cives, tunc habeant in ipſis pomœriis locum paratum. Aliàs, extra civitates ſpatioſa deligant cœmeteria, muris & ſi velint foſſis circumvallata, in quibus honeſtè ſepeliri poſſint omnium ordinum Chriſtiani: præſertim quo tempore graſſatur peſtilentia. Sic enim periculum non erit, quemadmodum in locis concluſis, ne vapores illi locum totum compleant & accedentes inficiant. Nullus incutietur metus infirmis, qui tamen ex ea cauſa proficiſcitur, quæ conſtantem virum poteſt movere. Non accedent timidi ad locum orationis, & recurret illud Chryſoſtomi, *ſermone de fide & lege naturæ*, funus extra urbem deducentibus. *Omnis civitas, omne Caſtellum ante ingreſſum ſepul-*

ſepulchra habet, ut contendens intrare in civitatem quæ imperat & floret divitiis & potentatu, aliiſque dignitatibus, poſtquam videt quod ſecum concipit, videat primum quod ſit. Ante portas ſunt ſepulchra, ante agros ſunt ſepulchra. Vbique ante oculos eſt noſtræ humilitatis ſchola. Etiamnum in Gallia, vix ulla reperietur civitas quæ cœmeteria ſua extra urbem non habeat.

Ut id obtineatur in hiſce provinciis, optandum magis eſt quam ſperandum. Si tamen id conſultum non videatur, ut vetus conſuetudo, quantumvis contra rationem & bonos mores introducta, penitus immutetur: Id ſaltem fiat ad quod neceſſitas urget, & quod experientia docuit, debuiſſe ab initio conſtitui, ut infecta cadavera ſine perſonarum delectu, honeſto loco, ſed extra civitates, deportentur,

nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nec opus ſit deinceps in areis templis adjacentibus, præ cadaverum multitudine coacervatorum, terram aliundè petere quæ poſſit injici; quod certè dictu, nedum viſu horrendum videtur, & ab omni humanitate abhorrens. Id ego inter ea repono, quæ tali tempore ad magiſtratus curam pertinent, & quorum populis ſibi ſubjectis ſunt debitores, ne reſpublica & Eccleſia plus detrimenti capiant. Spero etiam proprio periculo cautos futuros qui id hactenus neglexerunt, & modum poſituros his abuſibus, quorum fontem turbidum, me ſatis detexiſſe non dubito.

Nunc, velut ex diverticulo, ad inſtitutum noſtrum redeo, & quod initio dixi, iterum inculco, non opus eſſe diſputatione, ſed vitiorum amputatione; in quo, ut ſpero,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ro, omnes conſentimus, ut & in eo, quod charitatis officia neceſſaria, nunquam, nec ullo caſu ſint intermittenda. Tantùm unicuique cogitandum eſt, quid charitas magis ſuadeat, pluribus & diverſis charitatis objectis occurrentibus: atque diligenter expendendum, quid cujuſque vocatio poſtulet, utque duos hos ſcopulos, (quod rectè monet Zanchius,) in hac occuſione vitemus; *ſtultam temeritatem, & nimium vitioſumque pavorem*: alioquin illa faceret, ut nihil timentes, nos & alios ſimul perderemus: hic autem efficeret, ut volentes vitæ noſtræ conſulere, opus Chriſti deſereremus. In medio igitur conſiſtentes, ita confidemus in Domino & fortes erimus, ut tamen vitæ & valetudinis conſervandæ media non negligamus: Ita etiam curam utriuſque moderabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

labimur, ut nihil detrahamus de eo, quod Deo & proximo debemus. Quæ autem mortis meditatio omni tempore utilis eſt, eam maximè neceſſariam cenſebimus, *cum tot præter domos noſtras ducuntur exequiæ. Ideò enim* (quod Senecæ verbis dicam,) *ad latus mors eſt, quæ quoniam non cogitatur, niſi aliena, nobis ſubinde ingeruntur mortalitatis exempla.* Quæ cum tam frequentia & numeroſa habeamus ante oculos, ea etiam inſigamus animo, & omnibus omiſſis hoc unum meditemur, ne nimium formidemus nomen mortis, ſed efficiamus eam nobis multa cogitatione familiarem, ut ſi ita tulerit, poſſimus illi vel obviam exire, & per eam in occurſum ſponſi, qui per mortem, mortis abolevit imperium. Firmet in nobis Deus hanc mentem, teque cum tuis omnibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nibus, & aliis amicis, bono publico ſervet incolumem. Vale. Hagæ Comitis xv. Kalend. Febr. cIↃ IↃcxxxvi.

Andreæ Riveti Epiſtola ad Amicum Finis.

GISBERTI VOETII
TRACTATUS
DE
PESTE,
SEU
PESTIS ANTIDOTO STIRITUALI.

Theologis Theologicè de Peſte tractandum, docet omnium Eccleſiarum ac concionatorum conſenſus & praxis, quotieſcunque malum hoc alicubi graſſari contigerit: inſuper tractatus de eâ conſcripti à noſtris Beza, Lavatero, Thoma Fabritio, Mollero medit. in Pſal. 91. *Luca Trelcatio Iuniore; à Pontificiis Hieron. Prævidello, Franciſco Ripa, & nuper Philiberto Marchino* in ſatis magno volumine cui tit. *Bellum divinum. ut jam non dicam de epoſtolis Calvini, Riveti, & Zanchii commentar. ad Philip.* 2.

&

& iis, quæ Caſuiſtæ ac commentatores in Decalogum, & ad loca ſcripturæ Pſal. 91. Exod. 9. 1 Samuel. 24. 1 Paralip. 21. Ezech. 5. & 14. paſſim annotant. Quorum veſtigiis inſiſtentes, imprimis quia hoc ſtudioſi nonnulli efflagitant, ea quæ in ordinariâ locorum communium explicatione ante hac de Peſte commentati ſumus, diatribe hâc comprehendimus: ubi I. cauſas hujus mali II. Antidota indicabimus. III. Controverſiam principalem de fugâ peſtis decidemus. IV. Ad problemata & caſus quoſdam reſpondebimus.

CAPUT I.

Cauſam efficientem ſtatuimus tum infligentem, tum meritoriam. Illa eſt vel prima vel ſecunda. *Prima*, eſt Deus ut omnium malorum triſtium (Amos 3. 6.) ita & hujus author. Tria epidemica & communia Dei flagella plerumque numerantur; *fames, bellum, peſtis* Levit. 26. Deut. 28. Jerem. 14. & 21. & 24. & 27. & 29. & 32. & 34. & 38. &c. Ezech.

Ezech. 6. Quartum *ferarum* ſcil.
additur Ezech. 5. & 14. Non malè
alioquin cum Cardiano de Varie-
tate lib. 8. c. 45. ſeptem calamita-
tum humanarum genera commu-
nia enumeres; terræ motum, inun-
dationem, Ventum, Animalia, Pe-
ſtem, bellum, famem: Peſtis pecu-
liari quâdam ratione Deo tribui-
tur, tanquam malum θεήλατον *tum
ortu ſuo*, tum *eventu & effectu*, aliiſque
in eâ admirandis, de quibus infra.
Ortu quidem quia magis immedia-
tè eſt à Deo & minor mediorum
in naturâ apparatus, ſaltem qui à
nobis deprehendi ac dignoſci poſ-
ſit. Hinc *manus Dei* vocatur Exod.
9. 3. Et ad plagam illam nihil con-
fert miniſterium Moſis & Aaron,
ut ibid. notant commentator. Pe-
rerius, A Lapide, Rivetus. Vide-
runt tale quid Ethnici, cum mor-
bis nonnullis, ſpeciatim peſti, di-
vini

vini quid ſubeſſe dixerunt. Hinc Homerus Iliad. 1. peſtem Græcis τοξότȣ Apollinis ſagittis immiſſam canit. *Eventu & effectu* quia præſens exitium pleriſque affert, & in homines vindictam divinam exercet, unde Hebræis דבר à *rad.* דבר quæ in pihel ſignificat perdidit, interfecit 2 Paral. 22. 10. & ſic peſtis Pſ. 91. 6. cum קטב, id eſt, *exterminio exitio* conjungitur, & exitium *peſtis* dicitur Hoſ. 13. 14. Quo reſpectu & manus Dei, & ſagittæ volantes Pſ. 91. 5. cum Deut. 32. 24. Ezech. 5. 16. Chaldæis מותא *mors*. Exod. 9. 3. 15. & מותנא Pſ. 106. 30. 31. 2 Sam. 24. 21. Et Syris מותנא *mortes* Matth. 24. 7. Et ſic Græcè Apoc. 6. 8. dicitur quarta pars orbis occiſa eſſe ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ i. *peſte*: quomodo & Gallico idiomate peſtem graſſantem vocant *mortalité*. Rabbinis præterea dicitur

ur אנדר לומוסיא & decurtate דר
לומוסי, (quod ex Græco, *ἀνδρὸς*
οιμός.) R. Sel. Jarchi in Gen. 6.13.
c Bereſ. Rabba ſect. 32. Cauſa
ecunda eſt vel ſupernaturalis, vel
aturalis. Illa eſt *angelus bonus*,
. Samuel. 24.16. cum 1 Paralip. 21.
5. 16. & 2 Paralip. 32. 21. Ange-
um percuſſorem primogenito-
um Ægypti malum fuiſſe multi
Lyranus, Abulenſis, Marchinus,
xc.) contendunt collato Pſ. 78.
. 49. Non video tamen rationes
orum cogere: Etiam *angelus ma-
us*, Quod per analogiam colligi-
nus ex Job. 1. v. 7. 8. ſi enim ulce-
a potuit Jobo infligere, ſi præterea
er ſe aut per Magos alia venena
niſcere & hominibus afflare; quid-
i & peſtem excitare, ejuſque con-
agio aliquos inficere?

De Magis peſtis incentivis infra.
Hic ſaltem notandum morbos ma-
lignos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

lignos juſtâ Dei permiſſione à diabolo hominibus infligi Luc. 13. 11. 12. 16. de quo in Diſp. noſtris de Dæmonibus, de Magiâ: ut de lunaticis, obſeſſis, &c. nihil dicam, de quibus peculiari Diſputatione egimus. *Cauſa naturalis* & definita anxiè quæritur, nec tamen hactenus quid commonſtratur, quam indefinitè occulta qualitas, & quaſi venenum quoddam, quod tale & totuplex eſt ut exprimere illud vix valeant omnes l'ἀτρῶν παῖδες; qui poſt omnium diſquiſitiones, poſt infinitas experientias, à morbis intemperiei ſe depulſos in morbis totius ſubſtantiæ ſeu occultarum qualitatum, ſacrum hunc ignem ponere coactos ultro fatentur. Inſtar omnium teſtes ſint nobis Joh. Antonius Saracenus commentar. de Peſte cap. 2. Follinus in Amuleto lib. 1. cap. 3. 4. 5. 6. Sennertus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tus Inſtitut. lib. 2. part. 2. c. 12. & de Febribus lib. 4. cap. 1. Guljelm. Marquis Decad. Peſtifugæ probl. 1. Julius Palmerius de Morbis Contagioſis, de febri peſtil. c. 5. 6. Adeo ut non ineptè Philibertus Marchinus Theologus Pontificius rationem daturus cur Speculationi ſuæ de peſte titulum *Belli divini* præfixiſſet, ita αἰτιολογίαν illam exorſus videatur Proleg. §§. *Ea viget apud vulgares homines ſtulta depravataque opinio, ut ſi urbs aliqua aut Provincia peſtilentiâ quandoque afficiatur, ejus originem, terram potius quam cœlum aſpicientes; vel in ſolas referunt naturales cauſas, vel in humanam aliam peculiaris eventus cauſam.* Hoc tamen non dicimus, nullas inferiores cauſas hic locum habere, ſed eas earumque operandi modos plerumque nos latere: ut tantò magis admiratione, religione & metu judiciorum Dei

abducti, dicamus quòd Magi Pharaonis de pediculis: *ecce digitus Dei.* Unde proclive eſt morbi hujus peculiare adjunctum colligere: Quod in ſe multa habeat admiranda, quæ ingenia Phyſicorum non laſſent tantum ſed & longè ſuperent, de quibus ingenuè Sennertus lib. 4. c. 1. in fine: *Qualis tamen ſit peſtilentialis veneni natura, & quæ ejus in qualibet peſtilenti conſtitutione differentia, nemo hactenus ſatis explicavit.* Talia ſunt hæc, *ut* I. C. *Scaliger* Exercit. *218. ſect. 8. ait*, quæ latent animos temperatos, illudunt curioſis. Sed occulta iſta naturæ miracula ὡς ἐν τύπῳ ad admirationem operum Dei & gloriam ejus delineemus. Sunt autem ea in *Ortu*, in veneno ſeu maligna & occulta qualitate, in contagio, in concomitantibus, in effectis & antidotis. I. *In Ortu*, quod occaſionem illi aliquando
det

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

det terræ motus, aliquando aëris ſiccitas & calor, aliquando humiditas, frigus, aliquando fames, aliquando aquarum conſtitutio, aliquando venenati, ſive animalium, ſive vegetabilium, ſive foſſilium halitus, aliquando aër incluſus, (Guljel. Marquis probl. 1.) aliquando nulla talis occaſio compareat. II. *In veneno*, quod tam multiplex ſit, ut analogicè omne ibi reperiatur quidquid in natura minerali, vegetabili, animali hactenus deprehendi potuit; & quotidie novæ peſtis ſpecies exoriantur. Quod poſt alios omnes obſervavit, & dilucidè probavit Gul. Marquis probl. 1. Ubi præter venenum napellinum aconitale, arſenicale (de quo Follinus lib. 1. c. 6.) indigitat hyoſcyamicum, aſpidicum, ſcorpionidicum, helleborinum, euphorbianum, cicuticum, Man-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dragoricum, cantharidicum, &c.
III. *In contagio*, quod tam mirabile ſit ejus ſeminium, ejus generatio, ejus vehiculum ſive aër ſive halitus, ejus vis & modus diſſeminandi, &c. de quibus vide Sennertum lib. 4. c 2. & graphicè in peſte tempore Euagrii hiſtorici graſſante, ipſe deſcribit lib. 3. c. 28. Nobis hic imprimis mirari ſubit diverſitatem applicationis ad objecta numero diſtincta. Eſt quod inficit pecudes non homines, & vice verſa. Vide Exod. 9. eſt rurſum quod inficit hos populos, non alios; quod populos alios frequenter, alios rariſſimè, alios nunquam, ut de Nigritis teſtatur Scaliger Exercit. 32. Eſt quod alicubi divites magis quam pauperes, & vice verſa; rurſum fœminas magis quam viros, & vice verſa (vide Marchin. part. 10. prob. 2.) juniores magis
quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quam ſenes; eos qui nunquam aut raro ad peſte infectos accedunt, quam eos qui perpetuo illis adſunt; eos qui fugiunt magis quam eos qui in medio (ut loquuntur) incendio ſubſiſtunt; eos qui in domo infectâ verſantur magis quam alios ibidem commorantes; ad hæc robuſtos & ſanos magis quam afflictæ aut dubiæ valetudinis; Denique quod quoſdam ſolo aſpectu, aut per fomitem facile inficiat, alios verò vix per contactum quamvis etiam contrectent, cujus memorabile exemplum apud Euagrium hiſtor. eccleſ. lib. 3. c. 28. Plura docet experientia, & aliquâ ex parte notavit ex Scriptoribus de Peſte Gul. Marquis prob. 1. p. 13. 18. 21. 33. IV. *In effectis*, quod tam multas orbis partes pervadat, (e. gr. anno 1382. & 1450.) & quod tantam ſtragem tam brevi tempo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

re inferat, adeo ut eleganter & piè à Joh. Antonio Saraceno tráct. cit. c. 1. *ultoris numinis ceu character*, dicatur. Athenis olim ita ſæviit, ut nullus ferè fuerit quem vel morbus, vel mors, vel luctus non attigerit; de quâ Thucydid. lib. 2. & Lucretius lib. 6. Talis fere univerſum orbem pervaſit anno 1030. Alia ſub Veſpaſiano Romæ quotidie 10000. hominum tollebat, teſte Euſebio in Chronico. Similis Conſtantinopolitana Nicephor. lib. 15. c. 10. Procop. lib. 2. de bello Perſico; & altera ſub Leone Iſaurio Anno 1345. totos quinque annos per orbem graſſata dimidiam hominum partem abſtulit. Sub Benedicto VIII. (teſte Platina) plures ex peſte mortui fuerunt, quam ſuperſtites. Exempla alia quam plurima porro petantur ex Hiſtoricis, & Scriptoribus de Peſte, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

aut ſi quis compendio ſtudeat, ex Chronologis & eclogariis qui Hiſtoricos annotant; qualis inter alios Sethus Calviſius in Chronolog. & Zwingerus in Theatro. Imprimis in effectis hujus morbi ſtupendum eſt, quod tam ſubito & inopinato homines ſanos ſæpe vix ſentientes occupet & interimat. Scaliger loc. cit. teſtatur quorundam peſte infectorum urinam & pulſum à ſanorum non differre. Dominic. Terillus tract. de *Cauſis mortis repentinæ* c. 5. refert, anno 1576. peſte per annum graſſante, nonnullos horrendum ſpectaculum dediſſe, qui cum nocte ſomno & quieti ſe dediſſent, mane profundiſſimo ſomno immerſi reperiebantur, nec unquam poſtea experrecti ſunt. Cardanus refert lib. 8. de Varietate rerum. c. 45. ex peſte Mediolani anno 1524. homines

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

bene valentes intra ſex aut octo horas mortuos fuiſſe: ibidem refert Prothaſium Rovellum vidiſſe panem recentem nocte aëri expoſitum non ſolum mucidum factum, ſed totum ſcatuiſſe vermiculis; tantam tunc fuiſſe aëris putredinem. Agricola lib. 2. de Peſte ſcribit, octuaginta homines momento temporis ex multitudine ad orandum convocatâ interiiſſe, ſine ullâ notabili alteratione præviâ. Idem de loquentibus, incedentibus, ex variis autoribus refert Sennertus c. 2. p. 639. V. *In concomitantibus* & connexis hujus mali, hoc horrorem & ſtuporem adfert, quod tam varia morborum & ſymptomatum genera cum peſte conjungi ſoleant, qualia ſunt, oculorum privatio (Nicephor. l. 15. c. 16.) deliria, febres, vigiliæ, ſomnus profundus, aphtæ & oris ulcera, angi-

na,

na, pleuritis, vomitus, bubones, carbunculi, diarrhoea (quæ enumerat Sennert. lib. 4. cap. 1. & ex parte Lucret. de rerum naturâ lib. 6. Seneca in Oedipo chor. 1) Confer hiſtoriam Euagrii loc. cit. Et Procopii de bello Perſico lib. 2. & Thucydidis de bello Peloponneſ. lib. 2. ex tribus illis hiſtoricis imprimis admiranda peſtis cognoſces. Delirii phrenetici & immanis inſaniæ triſtiſſima ac nefanda effecta apud Cavares & Lugduni anno 1564. 1629. accidiſſe narrat Jeſuita Raynaudus tract. de Martyrio per peſtem part. 4. c. 3. p. 543. 544. Meminit etiam παραπληγίας, mentagræ, & inſaniæ Joh. Saracenus cap. 1. VI. *In Antidotis*, quod in ſpecialibus ad has aut illas ſpeciales peſtes ſeu venena in hâc aut illâ civitate, immo in hâc aut illa familia, aut homine tanta ſit varietas,

tanta incertitudo, ut magna pars ſæpe perierit, antequam natura veneni nota ſit. Hinc fit ut, quod huic præſens remedium, alteri ſit præſens exitium. Et hinc tam diverſæ Medicorum atque Empiricorum de phlebotomia, aliiſque therapeutices partibus ſententiæ, ut videre eſt apud authores ſupra cit. Adeo ut mali pertinaciâ, aut incertitudine ſuâ victi ad deſperationem nonnunquam adigantur, quod accidit in peſte Athenienſi apud Thucyd. lib. 2. Quin & hodie poſt tam frequentem experientiam non deſunt, qui conquerantur, cum adverſus omnia alia venena in promptu ſint propria remedia, adverſus peſtem tamen nondum tale quid inventum. Sic Sennertus lib. cit. c. 2. p. 686. *Cum prudentiſsimi Medici fateantur, verum & ſpecificum peſtilentis veneni remedium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dium homines latere. Et graviter (citante Marchino) de eo conqueritur Jul. Palmerius libr. de Febri Peſtilenti c. 17. Ubi conqueſtus, *quod cum à majoribus morbo Hiſpanico, veneno canis rabidi, & ſcorpionis inventum eſſet remedium & quidem adeo tutum, ut quiſquis oportune uſus fuerit, liberetur & convaleſcat*; nullum tamen hactenus peſti inventum ſit: ſubdit hæc verba: *Videndum eſt*, inquit, *ne inſcrutabili Dei conſilio nobis illius cognitio denegata ſit, ut hoc inſanabili morbo tanquam flagello in homines animadvertat.* Quin & præſtantiſſ. Medicus Diomedes Amicus lib. de Peſte cap. 30. docet, in peſtilentiis nihil ad ſalutem proficere remedia. Hæc tamen eum in finem non adduco ut à remediis homines abducam, ſed doceam potius admirari, & reſpicere percutientem Dei manum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

CAP. II.

Cauſa meritoria ſunt hominum peccata: Inter quæ eminent clamantia illa & epidemica, quæ paſſim graſſantur, luxus, ſuperbia & animi elatio, imprimis Magnatum 2 Sam. 24. Juſtitiæ violatio, & multæ bonorum aut cædes aut oppreſſiones Exod. 9. & 12. 2 Paralip. 32. Plutarchus in libr. de *ſerâ Numinis vindicta* narrat, ob interfectum Æſopum Delphios fame, peſte, teterrimiſque morbis à Diis percuſſos. Ex Ezechiel cap. 5. & 14. Jerem. 29. cum Exod. 9. & 12. colligimus, contemptum & abuſum verbi divini eſſe cauſam peſtis. Idem de cœna domini habes 1 Cor. 11. 30. Gregorius Nyſſenus in vitâ Thaumaturgi, cauſam peſtis facit dæmonum cultum, Magiam, thea-

tra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tra & ſpectacula, quæ dæmonolatriæ plerumque ſunt appendices.
Finales cauſæ, quas cum effectis conjungimus in *genere* ſunt pœna & vindicta erga præfractos peccatores; & caſtigatio erga convertendos; probatio & excitatio converſorum Amos 4. cum Ezechiel. 14.
In ſpecie exprimam eas verbis Cy-
„ priani de Mortalitate: Pavore
„ mortalitatis & temporis accen-
„ duntur tepidi, conſtringuntur
„ remiſſi, excitantur ignavi: deſer-
„ tores compelluntur, ut redeant:
„ Gentiles, ut credant. Verus fide-
„ lium populus ad quietem voca-
„ tur; ad aciem recens & copioſus
„ exercitus robore fortiore colli-
„ gitur, pugnaturus ſine metu
„ mortis, cum prœlium venerit,
„ qui ad militiam mortalitatis tem-
„ pore accedit Quid deinde illud,
„ fratres dilectiſſimi, quale eſt,
„ quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

„ quam pertinens, quam neceſſa-
„ rium,quod peſtis illa & lues,quæ
„ horribilis & feralis videtur, ex-
„ plorat juſtitiam ſingulorum; &
„ mentes humani generis exami-
„ nat? An infirmis ſerviant ſani; an
„ propinqui cognatos piè diligant;
„ an miſereantur ſervorũ languen-
„ tium domini; an deprecantes
„ ægros non deſerant medici; An
„ feroces violentiam ſuam com-
„ primant; an rapaces avaritiæ fu-
„ rentis inſatiabilem ſemper ar-
„ dorem vel metu mortis exſtin-
„ guant; an cervicem flectant ſu-
„ perbi; an audaciam leniant im-
„ probi; an pereuntibus charis vel
„ ſic aliquid divites largiantur, &
„ donent ſine hærede morituri.
„ Ut nihil aliud mortalitas iſta
„ contulerit, hoc Chriſtianis &
„ Dei ſervis plurimum præſtitit,
„ quod martyrium cœpimus li-
„ ben-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

„ benter appetere, dum mortem
„ diſcimus non timere: Exercitia
„ ſunt nobis iſta, non funera, do-
„ nec animo fortitudinis gloriam,
„ contemptu mortis præparant
„ coronam. Hactenus Cypria-
„ nus.

Conſectarium 1. *Definitio Theologi Ieſuitæ Corn. à lapide quam ex Ficino (ut opinor) depromptam exhibet in comment. ad Exod.* 9. Peſtis eſt venenoſus quidam vapor in aëre concretus, vitali ſpiritui inimicus, qui omnem humorem inficere poteſt, ſed potiſſimum ſanguinem, ſecundo choleram, tertio phlegma, quarto melancholiam: *nec theologica ſatis (ut ex theſi noſtrâ* 1. *&* 2. *cuivis facile patet) nec etiam Logica & Medica, ut ſupra omnes alios docebunt te Follinus & Sennertus, qui accuratè in definitionem peſtis inquirunt.*

II. *Philibertus Marchinus Regula-*

ris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ris & Theologus Florentinus in Bello Divino edito anno 1633. *proleg.* §. 4. *Italis ſuis Galliæ tam propinquis hac fabella loco exempli declarat finem & effectum peſtis*: Sed quid plura perſequar? Nonne ex peſtilenti calamitate, quæ quatuor ab hinc annis apud Lugdunenſes deſævit, & per univerſam fermè Galliam graſſata eſt, Calviniſmi excidium, hæreſium abjectio, veteriſque Catholicæ religionis reſtitutio veluti Joh. Grillotius de peſte Lugdunenſi ſcribens teſtatum reliquit, maximâ ex parte ſecuta eſt? *Circumſtantias enarra, ô bone Hiſtorice, ut fidem tuam liberes;*

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur quomodo, quando?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

CAP. III.

Prophylactica & remedia in genere eadem ſunt, quæ omnium morborum, immo & afflictionum in hâc vitâ: quorum copiam ſuggerent Scriptores, de *Cruce* aut de *Patientia*, aut de *Conſolatione* fidelium. Nunc tantum quædam ſpecialia & propius applicata huic præſenti negotio indicamus, eaque tum privata, tum publica. Sit ergo privatum prophylacticum, I. Inſigne illud cardiarcum gratiæ Dei (Hebr. 13. 9.) cujus quotidie doſis præparanda, fide renovatâ eam credendo, ſpe firmâ exſpectando, ignitâ caritate deſiderando, devotis precibus flagitando. Præparatorium autem & præambulum ejus ſit lectio & meditatio Pſ. 91. & 103. aut Rom. 8. Hebr. 12. &c. Cui ſi quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quis adjunxerit ſubinde lectionem aurei iſtius ſermonis Cypriani, de *Mortalitate* aut meditationis Molleri in Pſalm. 91. operam ſane non luſerit.

II. Eſt, oppugnatio metus mortis, per fidem & fortitudinem Chriſtianam. Illo enim profligato, non eſt quod ita metuamus peſtem. Hic enim ſtimulus peſtis, hoc contagium, hoc venenum, hoc φοβερῶν πάντων φοβερώτατον quod certam mortem ut plurimum in ſe contineat. Sunt & alii morbi contagioſi, nec minus miſerandi, ſæpe multò magis quam peſtis, ut dyſenteria, calculus, ſynochus putrida, &c. ſed non ita ad mentionem eorum homines expalleſcunt, aut fugiunt. Quæ differentia ſpecifica? Metus mortis. Ut autem fidem & animum in Chriſto adverſus mortem obfirmatam invenias, exerce te in

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

præparatione ad mortem, & *meditatione brevitatis ac vanitatis hujus vitæ*. De qua egimus in prælectionibus de *Aſcetica Chriſtiana*, ubi & authores indicavimus III. Contemplatio æternæ providentiæ divinæ, in quam tanquam pulvinar cœleſtis ſecuritatis recumbunt animæ noſtræ. Ab illa enim ſanitas & morbus, vita & mors, morbi mortiſque modus & momentum dependet. Illa præſidet omnibus cauſis ſecundis, pertingit à fine ad finem fortiter, nihil caſu aut fortuna ſanitati & vitæ noſtræ decedet, nihil eveniet, quod non ſit in bonum noſtrum Matth. 10. 30. 31. cum Rom. 8. 28. Non diffundimus nos in explicationem hujus prophylactici. Videndi authores de Providentia Dei citati in Diſſertat. noſtra de *Termino vitæ*, & argumenta quæ ibidem attulimus. IV. Reno-

vatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

vatio & excitatio reſipiſcentiæ noſtræ: ut intima noſtra accuratè ſcrutemur Zephan.2 1.2. Threnor. 3.39 40.41 42.43. priuſquam Dei manus, & ignis hic conſumens ædium noſtrarum, immo venarum, arteriarum & cordis penetralia penetret & pervadat; ut ab omni infectione & contagio nos præſervemus 2 Corinth.7.1.2.cum Jacob. 1. v. ult. Judæ v. 23. ne contagium peſtis nos attingat. Porro de praxi reſipiſcentiæ & novæ obedientiæ excitatione, alibi ex profeſſo agendum. Tantum hic monemus, occaſione peſtis ad omnia exercitia pietatis publica & privata nos excitandos, ſpecialiter etiam ad ſympathiam & caritatem erga fratres, & proximum quemque imprimis ab aliis deſtitutum. Prophylactica publica partim eccleſiaſtica partim politica ſunt I. Frequens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quens jejuniorum celebratio, Joël
.. 12. II. Remotio ſcandalorum,
epreſſio peccatorum (e. gr. luxus
n conviviis, veſtibus, ædium or-
natu obſervationis & pompæ in
uneribus; chorearum & comœ-
diarum; oppreſſionis & violentiæ;)
nſtauratio omnium, quæcunque
n moribus, diſciplinâ, utroque re-
gimine, ac juriſdictione collapſa
unt Jeſa. 58. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
cum 1 Cor. 11. 30. 31. 32. III. De-
bita cura & conſolatio peſte labo-
rantium: ne ita nobis & ſanis rigi-
da legum quarundam obſervatio-
ne conſulamus, ut crudeles ſimus
in animas & corpora eorum, qui
ipſi aut quorum ædes peſte infectæ
ſunt. Jeſa. 58. 7. 8. 9. 10. 11. 12. cum
Pſal. 41. 1. 23. Jacob. 2. 13. 14. Hoc
autem fit, cum à concionibus &
publicis exercitiis pietatis, omni-
que conſortio hominum in foro,
in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

in compitis, in communi vitâ & conſervatione excluduntur homines ſani, qui alicui peſte laboranti adfuerint, aut ædes infectas datâ occaſione ex neceſſario pietatis aut amicitiæ officio frequentant: præterea cum ſani omnes una cum ægris iſtius familiæ, domibus undique arctiſſimè occluſis includuntur & quidem ſæpe integro trimeſtri aut ſemeſtri aut amplius : ut ſcil. ibi abſque ullo alloquio, ullâ deambulationis per liberum & minus infectum aërem refectione, ullâ migratione ad ædes, aut plateas, aut loca minus infecta, abſque etiam ullâ recentis aëris in domos ſuas receptione & perſpiratione, contagioſo, putrido, fœtido, & morbido ſuo aëre, ſolitudine, ægritudine melancholicâ conficiantur: denique cum ſani homines vel ex altero orbe (ubi forte aliqui peſte labo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

laborant) advecti, magno ſuo & rerum ſuarum incommodo, à civitatibus & Provinciis longo tempore arcentur. An hæc ſunt opera pietatis & miſericordiæ Chriſtianæ in ægrotos, moribundos, peregrinos? Dicent excipi hunc caſum peſtis. Sed repono illud Bernardi, cum ex Rom. 13. 1. probat omnes etiam Clericos Magiſtratui ſubjectos: *Qui ſtudet*, inquit, *excipere, ſtudet decipere*. Ubi ſcriptura non excepit, nobis non eſt excipiendum.

CAP. IV.

Reſtant nunc, *Remedia* adverſus peſtem quæ nos aut domeſticos noſtros jam invaſit, tribus verbis indicemus. Sunt autem ea partim communia, partim ſpecialia. Illa ſunt quæ in omnibus hujus vitæ calamitatibus, nominatim in mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

morbis lætalibus aut periculoſis adhibentur, Quorum 1. eſt expurgatio & reſignatio propriæ noſtræ voluntatis, & noſtri abnegatio, ut in Dei paterna voluntate toti conquieſcamus 1 Samuel. 2. 2. Samuel. 16. Pſalm. 39. Job. 1. Conferendi authores Practici qui de *patientiâ* & *conſolatione*, de *Abnegatione ſui ipſius*, aut ad Matth. 17. Marc. 8. Luc. 14. & in tertiam petitionem orationis dominicæ & loca modo cit. commentantur. II. Admiratio & celebratio clementiæ Dei noſtri, qui perditas, aut evagantes oves, ſuavi hâc violentiâ ad ſe trahit, humeris ſuis imponit, & reſtituit in viam vitæ quamvis anguſtam. *Majus eſt quod meremur, minus eſt quod patimur.* Peccata noſtra pœnas merentur, & ecce parcentem manum Dei, ecce viſcera miſericordiæ, funes caritatis ejus, medicamentum ſalu-

ſalutare, bonum illud caſtigationis malum, amaritudinem dulciſſimam, iram amabilem, profundiſſimam miſericordiæ abyſſum, viam ad cœlum, cœlum ipſum in terrâ. III. Fides, apprehenſio, & guſtus bonitatis & gratiæ Dei in Chriſto, ſiquidem unquam guſtavimus quam ſuavis ſit dominus in remittendis peccatis noſtris, Pſal. 103. 1. 2. 3. 4. in imputandis & donandis meritis Chriſti 2 Cor. 5. in adoptandis nobis in filios, idque obſignando ſigillo ſui ſpiritus Rom. 8. Modo Deus nobis gratioſus ſit hâc gratiâ ſpeciali electorum Pſal. 106. ſufficit nobis hæc gratia. In omnibus plus quam victores erimus, nihil eſt, quod nos ſeparabit ab ejus dilectione Rom. 8. IV. Spes, deſiderium, & penſatio vitæ melioris: ſiquidem defungamur hoc certamine. Sin Deus nos ex portis in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ferorum reducat, tanto major ſit gratitudo noſtra, & tanto magis cœleſtis in terris converſatio, quod eleganter in Bleſilla χαρακτηρίζει Hieronymus ad Marcellam epiſt. 19. Quæ omnia huc accerſenda ex locis communibus, de *Vitâ æternâ*, de *morte beata* ſeu *arte moriendi*, de *praxi Chriſtianæ ſpei*. Sunt & alia media communia à toto populo & eccleſiæ adhibenda, quorum compendium eſt publicum jejunium, ab ipſo Deo nobis commonſtratum adverſus communes calamitates; Joël 2. 12. 15. De modo celebrandi jejunii, alibi. Remedia peſtis *ſpecialia* ſunt, quæ peculiari inſolentiæ, terrori, & miſeriæ hujus mali opponuntur: quæ modo indicabimus ab Exercitatore ſpirituali ex ſcripturis amplificanda.

1. Mortem præſentem pleriſque affert. *Reſp*. Mortem non eſſe tibi mor-

mortem ſed tranſitum ad vitam meliorem jam didiciſti. 11. Tam ſubito & ex improviſo homines exſtinguit. Reſp. Nulla mors repentina illis qui Chriſtum habent, vitam ſuam Coloſſ. 3. Philip. 1. 23. Lucerna juſtorum extinguendo non exſtinguitur etiamſi vadant per vallem mortis, quia illuxit ipſis Chriſtus & lucebit in perpetuâ claritate, etiam tenebras illas illuſtrans Eph. 5. 2 Cor. 3. Pſalm. 23. Joh. 8. 12. *Ad hæc* qui maturè aſſuevit jugo Chriſti, immo qui vel hodie vocem ejus audit ad ſalutem, numquam à te tenebris aut repentinâ morte præoccupabitur. Johan. 11. 25. 26. *Denique* & hoc in lucro deputata, quod brevius ſit tormentum; brevius certamen cum morbi diuturni moleſtiis, facilior victoria, facilior tranſitus à vita illa mortali, quæ vera mors, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

immortalitatem & gloriam. Hoc enim deſiderium verè piorum Phil. 1. 23. Rom. 7. 24. 2 Cor. 5. 4. 8. III. Morbus inſolens eſt. *Reſp.* At non inſolens Deo ſuos per hunc morbum hinc evocare. Teſtatur hoc omnium ſæculorum experientia. Nota ſunt exempla tot famulorum Dei inter quos Oecolampadius, Kimedoncius, Franciſcus Junius, &c. Ad hæc nunquam amatoribus Dei inſolens eſt viſitatio aut aliena manus tam benigni patris. Deus aliquando ſuis tanquam larvatus apparet: ſed larvam illam fides detrahit & per omnia opaca & integumenta in ipſum ſanctuarium, in cor patris ſui intuetur. IV. Terribilis eſt hic morbus ſupra alios tum in ſe tum vel imprimis, quod omnes amici & neceſſarii ſæpe deſerant laborantem. *Reſp.* I. Idem & Chriſto acci-

dit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dit Pſal. 22. 12. cum Matth. 26. 40.
cœpiſti conformari capiti tuo, in
hoc curiculo perge. 2. Quicumque
te deſerunt, Deus tamen non
deſerit Jeſa. 42. 15. Pſal. 27. 9. 10.
cum Jeſ. 54. 6. 7. Ille paſtor tuus
eſt. Pſal. 23. 1. 4. Ille reficit te in
lecto infirmitatis Pſal. 41. 3. 4. Ille
dextram ſupponit capiti tuo &
lævâ te amplectitur Cantic. 2. 6.
Ille tibi præſto eſt in neceſſitate ut
te eripiat, &c. Pſal. 91. 15. Ille ubi
adeſt, ibi robur, conſolatio, cibus,
potus, medicina, medicus, amicus,
neceſſarius, paſtor, dominus, pater,
hæreditas, vita, victoria, lux,
jubilum, triumphus, denique Deus
& omnia. 3. Quidquid in hoc morbo
terribile ſit, parum hoc eſt,
modo Deus tibi non ſit terribilis
Jerem. 17. 17. modo Chriſtus ſuper
te elevet amabile lumen faciei
ſuæ, modo ille te reſpiciat qui mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tis & inferni terror ac peſtis. Hoſ.
13. 14. cum 1 Cor. 15. 55. 56. V. *De-
nique* ut per congeriem & antithe-
ta, quæ reſtant, ediſſeram, *Manus
Dei* eſt, quæ non tantum premit
ſed & ſublevat non tantum vulne-
rat ſed & ſanat: *Virga Dei* eſt, non
furoris ſed correctionis, non ex-
actoris ſed patris Hebr. 12. 7. 8.
Angelus percuſſor eſt, & nuntius mor-
tis, ſed tibi angelus liberationis
prodromus ſalutis. 1 Cor. 15. 54. 57.
cum 2 Tim. 4. 7. 8. & 2 Cor. 5. 1. 2.
Ventus eſt & tempeſtas à facie Dei;
ſed in ea eſt Deus tuus, ſimilis eſt
vento illi & procellæ 1 Reg. 19. 21.
13. Job. 38. 1. *Sagittæ* ſunt omni-
potentis, ſed emiſſæ à leni ac dulci
manu, quomodo Nazianzenus af-
flictiones ſuas vocat: ἐκ γλυκερῆς
παλάμης πικροὺς ὀϊστοὺς, *amaras ſagit-
tas ex dulci manu. Venenum eſt*, ſed
veneni & corruptionis peccati;
non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

non deleterium ſed alexipharmacum, ſed theriacale quod ex veneno à ſummo animarum Medico præparatum à veneno liberat, contra venena præſervat. Ita Venenum veneno pellitur, morbus morbo tollitur, peſtis peſte, putredo putredine, fætor fætore fugatur. Benedicta ſit πολυποίκιλος Dei noſtri ſapientia. *Ignis* eſt, ſed conſumens hoſtes, purgans amicos, illuminans domeſticos. In hoc igni nobis Deus eſt conſumens rubum, (Exod. 3.) apparens ad noſtri liberationem. Ignis ardens eſt, inquies, qui vitales ſpiritus depaſcit atque exhaurit. Atqui ardet nihilominus in illo & emicat flamma ignei ipſius erga nos amoris: quæ dum incenditur caro, ac liqueſcit cor noſtrum (Pſ. 37. 26.) lucet ut lucerna in perfectum diem, cœleſti calore urit & exurit

frigida ac terrena hæc membra, excoquit ſcorias filiorum Dei, ut tanquam aurum purgatiſſimum in theſaurum domini reponantur. Breviter extremum quod hic ignis minatur aut aufert, nihil aliud eſt, quam ut ſit tibi currus igneus Eliæ, quo in cœlum evectus gaudeas & regnes perpetuo cum Chriſto. Hæc ſit ſumma ſummarum : *Peſtis* illa tam infanda, tam abominanda, tam horrenda, tam calamitoſa, tam noxia peccatoribus, & *viris de hoc ſæculo* (ut appellantur Pſ. 17. v. 14.) quæ nihil aliud quam peſtilens, pura puta peſtis, infernalis incendii præambulum ; filiis Dei ſimul & peſtis eſt peccatorum idque per gratiam Dei ac per peſtem mortis Chriſti (Hoſ. 13. cum 1 Corinh. 15.) & alexipharmacum, ſanitas, vita tranſitus ad vitam in cujus, ut & mortis amplexus ruere, non metuunt,

tuunt, quandocunque Deo viſum fuerit ipſos vocare & ducere.

CAPUT V.

Detegenda nunc ſunt & profliganda infelicia & noxia illa antidota ab Ethnicis, Pontificiis, aliiſque adhiberi ſolita. Sunt autem illa vel Magica, vel Idololatrica, vel ſuperſtitioſa, vel nimis carnalia. *Magica* ſunt varia. Infanda fuit illa dæmonolatria Romæ publicè exercita anno 1522. ſub oculis Hadriani VI. à Græculo quodam nomine Demetrio, qui peſtem tum exortam ſedavit *proſpera litatione* (ſic loquitur Jovius) inmolati tauri ad amphitheatrum, quem dimidio cornu diſſecto ita repente tam manſuefactum reddiderat magico carmine dextram in aurem prolato, ut injecto tenui filo ad inte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

grum cornu, quo vellet, duceret. Vide hiſtoriam (ante hac à nobis cit. Deſper. Cauſæ Papat. lib. 1. ſect. 4.) apud Jovium hiſtor. lib. 21 p. 19. Ubi quidem Ethnico-Papalis ille Epiſcopus acriter perſtringit noſtratem Hadrianum VI. quod Romanæ aulæ rudis, & rerum Italicarum imperitus ſeveris legibus more Italico luem illam coërcere noluiſſet: nihil tamen illi imponit, quod Ethnicam, iſtam dæmonolatriam non coërcuiſſet. Ejuſdem Farinæ fuit evocatio Æſculapii ſub forma ſerpentis Epidaurii (de quo Livius lib. 11. Valer. Maxim. lib. 1. c. 8. & Plutarchus in Coriolano) cum Romæ ingens exorta eſſet peſtilentia. Neque enim dubium, quin Diabolus & Magia huic negotio præfuerint. Nec prætereunda eſt Magia illa, quâ cadavera veneficorum (qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

etiam defuncti & ſepulti peſtem inducere putantur) capite truncanda eſſe ſtatuitur; cujus exemplum adfert ex Herculis Saxoniæ libr. de Plicâ c. 11. Sennertus lib. 4. c. 4. p. 7. 29. Quod doctiſſ. Philoſophum & Medicum Sennertum tam patienter mirari, miror equidem: *Cujus rei*, inquit, *cauſam cum reperire facile non ſit, eſt animi veritatis avidi eam diligenter pependere, &c.* Magica etiam ſunt omnia amuleta characterum, quorum unum infra indicamus. Remedia *Idololatrica & ſuperſtitioſa* ſunt, lectiſternium, ludi ſcenici, quæ uſurpata fuiſſe Tito Sulpitio & Petreio Licinio Coſſ. adhæc peregrinos Deos in urbem advectos anno V. C. 462. ſacras ædes vel aras alicui numini devotas, ſacra facta, &c. teſtis eſt Livius lib. 1. Decad. 5. lib. 7. 10. & 11. & 27. Similem & pejorem idolomaniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

maniam inſanierunt Athenienſes dicantes, aram Ignoto Deo, & Lacedemonii cum conſultum oraculum reſpondit quotannis virginem immolandam. Vide Plutarchi parall. 35. ubi idem refert de Phaleriis, & Suidam in voce παρθένος... Atque hæc Gentilium. *Iudæi* nomina exotica & admirabilia, quæ angelorum peſti præpoſitorum nomenclaturas continent, cubiculis, hypocauſtis & domibus ſuis adſcribunt: inter ea eſt nomen *diridon*, quod per totum alphabetum ductum (ut *Adiridon, Bediridon*, &c.) & magnis characteribus ſcriptum, præſentiſſimum remedium eſſe dictitant. Vide Buxdorf. Synagog. c. 33. Huc refer ſuperſtitioſam obſervationem Thalmudicam quam in Bava Kama fol. 60. præſcribunt: Ne homo tempore peſtis ambulet in medio viæ; quod angelus mor-

tis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tis, cui poteſtas data ſit, publicè incedat in medio viarum. *In Papatu* iſta præſcribuntur (apud Marchinum in prolegom. §§ʃʃ.) præter dolorem de peccatis, & reconciliationem cum Deo (quæ & nos rectè accepta agnoſcimus) Supplicationes, quas vocant, ſeu proceſſiones, confeſſiones auriculares, corporis dominici (hoc eſt idoli miſſatici) publica privataque veneratio, (*de miſsis pro vitanda mortalitate vel tempore peſtilentiæ vide Miſſale Reform. in append. fol. 69. de Miſsis pro peſte animalium vide antiquum Miſſale edit. Pariſ. 1506. fol. 213. poſteriores has exſertè defendit Ieſuita Bayllius in Catech. part. 1. qu. 20.*) Divorum invocatio, B. Virg. Mariæ imploratio, & refugium ad ipſius templa & imagines, inprimis recitatio Hymni illius ad Mariam, qui cœlitus eum in finem demiſſus fuit &

tra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

traditus monialibus S. Claræ Conimbricenſibus, ſiquidem verum dicat Franciſc. Gonzaga in chronologia ordinis Seraphici part. 8. p. 310. Et hæc hactenus Marchinus: Cujus ſuperſtitioſas nugas longè ſuperavit Jeſuita Gulielmus de Pretere in Remediis contra peſtem vernacula linguâ editis Antwerpiæ 1636. ubi poſt indicatas cauſas & ſigna peſtis, in primâ acie antidotorum ſpiritualium collocat undecim peſtis patronos, ſupremos, medicos & Mareſchallos (quem terminum artis vulgò in hâc materiâ uſitatum ibidem etymologicè explicat ex Goropio Becano) 1. *Sebaſtianum*, quem in hoc caſu invocare & colere ſolent in Luſitaniâ. Addimus nos ex Lorino commentar in Sapientiæ cap. 18. v. 19. ſanctum illum paſſim propulſatorem peſtis habitum, ex quo tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tempore citatâ ejus imagine horrenda lues (quam deſcribit Diaconus lib. 6. de geſtis Longobard. c. 2.) Romæ ceſſavit; quod accidit anno 680. Cujus rei monumentum exſtare dicit in Baſilicâ Petri ad vincula, ubi etiamnum imago Sebaſtiani colatur. Vide explicatius hanc hiſtoriam apud Baronium in notis ad Martyrol. 20. Januarii Marchinus part. 10. probl. 8. fatetur nulla in geſtis Sebaſtiani exſtare veſtigia, cur in propulſatorem peſtis electus ſit: cauſam ergo nullam, poſſe excogitari niſi hieroglyphicam ſeu cabaliſticam illam, quod ſagittis ſit confoſſus, & peſtis apud Græcos Apollinis, & in ſcripturâ Dei ſagitta dicatur. 2. *Hadrianum*, in Flandriâ. 3. *Chryſtophorum* in Hiſpaniâ, & Belgio, de quo opponit hoc diſtichum,

Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Chriſtophori ſancti ſpeciem quicunque tuetur,
Iſta nempe die non morte mala morietur.

4. *Antonium*, in toto Belgio. 5. *Rochum* in Italiâ, ad quem cœlitus demiſſum hoc epiſtolium: *Peſte laborantes ad Rochi patrocinium confugientes, contagionem illam evaſuros ſignifico.* 6. *Bennonem* Hildesheimenſem in Bavaria. Quos ſex imprimis Antwerpienſibus nunc commendari & colendos proponi dicit, quippe quorum reliquiæ in templo Jeſuitarum ibidem aſſerventur. 7. *Macarium* Armenium Patriarcham Antiochenum, à Gandavenſibus. Horum ſeptem vitam & miracula tempore peſtis exhibita breviter & encomiaſticè perſtringit. Unum ex illis anno 1616. Montibus Hannoniæ deſignatum, cum corpus S. Macarii Cameraco eò mit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nitteretur, celebrat Corn. à Lapi-
de in epiſt. dedicat. ad commen-
ar. in Pentateuchum : ubi vide.
. *Remigium* in Gallia. 9. *Oſvvaldum*
n Anglia. 10. *Laurentium* in Bur-
gundia. 11. *Fregidandum* in Braban-
ia. Omnibus autem illis Mare-
challis tanquam *reginam* & *ſupre-
mam Medicam* præficit B. Mariam
exempla aliquot liberationis per
llam præſtitæ mediante effigie,
quæ aquis Lupiis in Hiſpaniâ etia-
nnum tanquam altera Diana E-
pheſina colitur, refert Nonius in
Hiſpaniâ ſuâ cap. 61.) modumque
nos ſanctos colendi præſcribit, per
ormulam precationis ad Mariam
n Monaſteriis Bernardinis uſur-
patam ; deinde per Antiphonam
cœlitus demiſſam, quam ſupra in-
dicavimus à Marchino exhiberi ;
um per formulas precum ad
quemque ex ſeptem prioribus Ma-
re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

reſchallis; poſtremo per quinque Pſalmos Mariæ ex Pſalterio Bonaventuræ, (quos vernacula lingua ibidem exhibet) affirmans ex Caroli Stengelii, Benedictini Alexerio ſpirituali Dilingæ edito, Romæ anno 1470. per recitationem illorum Pſalmorum in conventu Auguſtinianorum *ad Mariam de populo* peſtem plane ceſſaſſe. Interjungit precationem unam atque alteram ad Deum & ad nomen Jeſu; commendat & ſpiritualia hæc prophylactica, nomen *Ieſu*, *Mariæ*, *Annæ*, aut ore prolatum, aut domibus inſcriptum, aut in pectore geſtatum; Agnos Dei, nomina aut imagines Mareſchallorum peſtis, domibus & cubiculis inſcriptas; geſtationes capſularum cum reliquiis; Signum crucis; candelas benedictas; cum pœnitentia, jejuniis, peregrinationibus p. 143. 169. At-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

que hæc quidem ſumma iſtius libelli, qui conſtat paginis 185 cui hoc epiphonema, Eſpenſæo Theologo Sorbonico alibi uſitatum, adſcribimus:

—— *Habeat nunc Roma pudorem.*

Refutationem non eſt quod hic moliamur, quia illa detegere eſt refutare: alibi ſeorſim agimus, de reliquiis, de Agnis Dei, de Cruce. Interim lector, cui vacat, conferre poterit Diſpp. noſtras de *Benedictionibus*, *de Exorciſmis*, *de Agnis Dei*, *de Cruce*, *de Peregrinationibus*, *de Roſariis*, *de Superſtitione*, *de Magia.* Dictos illos ſanctos noſtri ſatis luſtrarunt; inter quos chimæricus ille Chriſtophorus, & Rochus, qui nunquam canonizatus Romæ non colitur, quamvis ringente fruſtra Pontifice colant eum Veneti tanquam ſanctum. De hoc alibi agimus: ubi de ſanctis chimæricis. Eſt & alius libel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

libellus vernaculo idiomate Antwerpiæ 1645. editus, tit. *Het leven van den H. Rochus, S. Ioſeps, ende den H. Hubertus patroonen teghen de peſte.* Ad ſuperſtitioſa & idololatrica refer candelas ardentes, quas manibus ſuis per quinque dies portabant, quicumque miſſas pro vitandâ mortalitate audiebant, juxta conſtitutionem Clementis VI. de quo Miſſale antiquum edit. Pariſ. 1506. p. 222. Adde feſtum purificationis Mariæ (Græcis dictum *Sypapante*) Conſtantinopoli inſtitutum anno 544. ut refert Baronius ibid. n. 10. Adhæc flagellationes ſpontaneas occaſione peſtis ſuſceptas anno 1349. Nec prætereundi exorciſſimi quos peſti oppoſuit Borromeus archiepiſc. Mediolanenſis anno 1630. refert eos & laudat Marchinus in append. philoſophic. problem. p. 47. Agmen clau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

laudat remedium illud Magico-
apiſticum characterem ſcripto-
rum vel annulo inſculptorum,
quod quamvis publicè approba-
tum & à Clericis in Italiâ anno
1630. uſurpatum, magiæ & qui-
dem merito convincit Marchinus
ibid. probl. 33. De invocatione
ſeptem angelorum coram Deo aſ-
ſiſtentium (de quibus in Diſp. de
Hierarchiâ cœleſti,) & adjuratio-
ne per nomina eorum, an & quo-
modo hic adhiberi ſoleant, alibi
forte diſquirendum *Carnalia* reme-
dia vocamus ad quæ homines ex
carnali effectu metus abſque pru-
dentia, pietate, caritate conſter-
nati confugere ſolent; ad quæ refe-
rimus tum nimis *meticuloſam & ini-
quam illam* contagium evitandi ra-
tionem alicubi publicè præſcri-
ptam quam ſupra tetigimus, &
taxat Lavaterus, aliique Theologi
&

& Medici; tum nimis turpem & tumultuariam peſtifugarum fugam, quam improbant non tantum Theologi, ſed & præſtantiores Medici, de qua ex profeſſo nunc diſputandum.

CAP. VI.

Eſt ergo controverſia principalis, an & quomodo peſtis, hoc eſt civitates, domus, homines peſte infecti ſint fugiendi. Hic 1. detegemus ac removebimus calumnias ac tergiverſationes, quibus controverſiæ ſtatus involvi ſolet. 2. Genuinum controverſiæ ſtatum conſtituemus. 3. Rationibus ſententiam noſtram firmabimus. 4. Conſectarium principale, deinde & alia inde eliciemus. 5. Objectionibus occurremus. Quod ad primum non eſt hic controverſiæ

ſtatus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſtus, nec ab adverſariis diſputanum *An peſtis ſit mala? An ſit morbus periculoſus; An pleriſque præſentiſsimum afferat exitium; An periculum ſit fugiendum, an vero abſque neceſsitate adeundum, non abſque Dei tentatione; An ſit aliquod contagium in rerum natura, & an morbi ſint contagioſi & inter eos peſtis?* Certè cum circa iſta nonnulli peſtifugæ ampullantur, ut turpitudinem cauſæ ſuæ tegant & conſcientiam ſopiant: Quis non videt eos ſtrenuè per elenchi ignorationem ſophiſticari & prævaricari? Hic autem eſt genuinus controverſiæ ſtatus, An ab omnibus prophylacticum illud fugæ juxta Medicorum ſymbolum (quod parum Chriſtianum appellat Lavaterus, ejuſque Interpres latinus Joh. Pontiſella) *cito, longè, tardè*, ſimpliciter ſit adhibendum, quippe quo nullum auxilium præſentius certiuſ-

tiuſque. Hoc ipſum à Medicis quibuſdam extra Dei, conſcientiæ Chriſtianæ, moralium virtutum reſpectum ita ſimpliciter affirmatum, nos cum omnibus, ut opinor, Theologis & Chriſtianis Medicis negamus; inſuper addimus teneri omnes fideles primo ſuis domeſticis, deinde & aliis fratribus, amicis, neceſſariis, & cuicunque proximo pro ratione vocationis ſuæ, pro viribus, & pro re natâ operam ſuam fideliter impendere in ſpiritualibus & corporalibus. Priorem aſſertionis noſtræ partem ita probamus. *Primo*, Quia nulli ejuſmodi humani actus, ut *fuga*, poſſunt aut debent à Medico quà Medico abſolutè præſcribi: ſed ponderandæ ſunt circumſtantiæ actionum, & inde concludendum, an licitæ ſint an verò illicitæ. Nam quia ſubjacent rectæ rationi & legi divinæ,
nul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nullæque in individuo ſunt puræ naturales & adiaphoræ, hinc fit ut naturæ ductum inſtar pecudum averſantium mala & proſequentium bona, homines hic non poſſint ſequi. Jam vero quidnam hic ſit moraliter bonum aut malum, virtus aut vitium, non eſt à Medicis quà Medicis petendum (illi enim connexionem & conſequentiam naturalium cauſarum cum effectibus ſuis ſimpliciter & nudè indicant) ſed aliunde. ex. gr. indicat Medicus, eſt alicubi tale ſecretum & rarum antidotum, eſt cibus quis, eſt potus qui ad hoc vel illud conducat: Sed hoc ipſo non dat licentiam conquirendi illa, ſive volente ſive nolente domino. Sic conſultus in quibuſdam morbis, diceret concubitum (Ambroſ. epiſt. *66.* Septalius problem. ſect. 4. quæſt. 17.) aut etiam largum hauſtum po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tus inebriantis, malum aliquod poſſe tollere: eo ipſo tamen Chriſtianus non concludet illicitum concubitum, aut ebrietatem illo in caſu non eſſe peccata. *Secundo*, quia talis fuga non eſt ſine incredulitate & diffidentiâ, contra Dei promiſſiones Jeſ. 65. Matth. 10. imprimis Pſal. 91. fidelibus factas. *Tertio*, Quia non tantum prodeſt immiſericors & inhoneſta fuga, quantum ſibi profugi quidam Jonæ perſuadent. Quamvis enim contagium evitent per contactum & per fomitem quatenus pendet à naturalibus cauſis; eo ipſo tamen non evitant idem contagium & infectionem quatenus pendet ab angelo percuſſore ſive bono ſive malo, & quatenus pendet à peculiari illo & inexplicabili perſonarum delectu & applicatione: quod θεῖον ſupra in admirandis *Peſtis* theſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

theſi 1. notavimus. Quin ipſe Sennertus loc. cit. concedit poſſe peſtem aliquando immediatè à Deo, abſque ordinario cauſarum ſecundarum concurſu immitti; Complures alii Medici ſtatuunt ſuum contagium *per diſtans.* Sed velim mihi quis explicet, quid fuga utroque in caſu præſtitura ſit? *Quarto,* à paribus. Quia in omni alio periculo, morbis periculoſis, immo & contagioſis pietas, caritas & conſuetudo non docet homines proximum ita deſerere, & fugâ ſibi tantum conſulere. Sunt autem morbi illi, Hydrophobia, elephantiaſis, lepra, φθίσις, dyſenteria, ſudor Anglicus, morbilli, varioli, ſynochus putrida (quam alicubi in Belgio morbum caſtrenſem, aut Manſveldicum, ab exercitu comitis Manſveldici anno 1625. indigitant) lues Hiſpanica, ὀφθαλμία,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſcabies, & mala ulcera, &c. *Quinto*, quia crudum tale prophylacticum peſtis, nec regulæ nec exempla V. aut N. T. vel per minimam conſequentiam ſuadent. Mirum ſane eſt, Moſem, Aaronem, Joſuam, Davidem, alioſque primarios in Republica & Eccleſiâ viros peſte apud illos ita graſſante ſolum non vertiſſe; ut ſaltem ſuo exemplo nos docuiſſent, Deum non tentare ſcilicet. *Sexto*, addimus argumentum ad hominem. Quia ipſi illi fugitivi, qui primo omnia fugienda, evitanda clamitant, etiam cum immiſericordiâ erga propria viſcera, liberos, cognatos, amicos, ejuſdem fidei conſortes, &c. cum hic ſunt (hoc eſt cum peſtis ipſos aut ædes eorum invaſit aut Dei manus ex fugâ illos retraxit) aliter loquuntur, & caritatem in viſitando, conſolando, opitulando, &c. non tan-
tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rum non improbant ſed ad cœlum extollunt. *Septimo*, Denique accedat conſenſus non tantum Theologorum infra citandorum, ſed & Chriſtianorum Medicorum, qui monôrunt ſe Chriſtianis conſilia præbere. Inſtar omnium ſint Gul. Gratarolus Bergomas, ad religionem noſtram converſus, ejuſque zelotes, propter quam & Italiâ relictâ Baſileſi ſedes fixerat, libr. de peſte p. 88. 4. *Vtiliſſima ſunt illa adverbia, citò, longè, tardè. Quod qui facere non queunt, aut Chriſtianâ caritate affecti nolunt, curent imprimis habitare loco perſpirabili*, &c. Joh. Anton. Saracenus cap. 6. p. 1. 5. 6. *Sed hæc adhibenda cautio, ne præſidium in fuga totum ſtatuatur, quaſi ſalus inde tota penderet. Quid enim eſt, quod ſperent mortales ſuis ſe ſubterfugiis irati Dei digitum evadere, conſpectumque effugere poſſe? Immo vero quis hoc ipſum vel cogitare*

I 3 *audeat,*

audeat, niſi immenſitatis divinæ prorſus ignarus, &c. & pluribus de immenſitate Dei allatis ſubnectit locum Pſalm. 139. v. 8. 9. Unde concludit: *Latébris non eſt captandus angulus, ſed de pace cum æterno Deo, &c. qui unus* ἀλεξίκακος *fuit, eſt, eritque ſemper. Attamen nec malè conſultum, nec inutile videatur ſi infirmioris naturæ homines, quique metu propemodum ſunt examines* (N B.) *cum gratiarum actione ſalutis illud perfugium atque præſidium, ſi quando Deus largitur, arripiant, &c. Sed in cavendo periculo iis rurſum hæc adhibenda cautio, ne dum ſibi ipſis conſulant, eos quibus adeſſe, quoſque charos habere tuerique debeant, deſertos eſſe patiantur, veluti obliti vocationis, quæ publici quidem muneris ratione Magiſtratum, Paſtores Eccleſiæ, ſtipendia publica merentes Medicos & Chirurgos, & quotquot alii ægris opem ferre ex officio tenentur: propinquitatis vero ratione con-*

conjuges, cognatos, & affines merito retinere videtur, &c.

Problem. I. *An peregrinantibus aut ad tempus alicubi commorantibus, qui nulla vocationis ſuæ aut quacunque alia neceßitudine illi loco magis quam alteri, ſæpe etiam minus ſunt aſtricti, liceat inde diſcedere?* Reſp. Aff. *ſed abſque attonita diffidentia, & tumultuaria fuga, etiam abſque ſcandalo; & ſi extrema neceßitas (aliis deficientibus) non cogat illos ſubire officium Samaritani Luc. 10. cum Ieſa. 58. 7.* Probl. II. *An liceat infantes, pueros, & ſimilem imbellem turbam, qui nulli iſtic uſui ſunt, ſed oneri, alio ad tempus ablegare?* Reſp. Aff. *Vt & in aliis morbis, periculis, & impendentibus aut circumſtantibus calamitatibus.* Problem III. *An patres familias, qui alicubi ſedes ſuas fixerunt, labore manuum honeſte familiam ibi ſuſtentant, privilegiis & commodis tam politicis quam eccleſiaſticis fruuntur, li-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ceat ad tempus cum familia ſua civitatem illam, concives, & fratres deſerere? Reſp. Ego ſaltem nolim alicui authorem eſſe: quamvis videam quoſdam ex Theologis hoc in genere non improbare; quibus non admodum repugno, nec tamen adſtipulor.

Poſteriorem aſſertionis noſtræ partem de auxilio ægrotis præſtando ſic probo. *Primò*, ex officiis caritatis quæ fratribus & proximis debemus. Matth. 22. diliges proximum ſicut te ipſum, cum Matth. 7. 12. Hebr. 13. 1. 13. 16. etiam cum damno, & periculo noſtro 1 Cor. 13. v. 5. 7. 1 Joh. 3. 16. 17. Inter officia autem illa, eſt auxilium ægrotis & moribundis præſtandum. *Secundò*, ex peculiari vinculo inter conjuges, fratres, cognatos, amicos, &c. quo illi ad officia illis aliiſque in caſibus ſibi mutuo præſtan-

da

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

da conſtringuntur. 1 Tim. 5. 4. 8. Rom. 1. 31. Epheſ. 5. & 6. *Tertiò*, ex mandato ſpeciali de operibus miſericordiæ erga calamitoſos & ægrotos præſtandis Pſalm. 41. verſ. 1. 2. 3. Matth. 25. 36. 43. Nulla autem hic aut alibi eſt exceptio de moribus contagioſis, & periculoſis. Quo majus periculum, eo arctius fraterna caritas nos conſtringit, eo illuſtrius etiam ſe exſerit. 1 Joh. 3. 16. Cum hoc mandato jungendum eſt exemplum Jeſu Chriſti, quod ibidem adfert Apoſtolus. *Quarto* ex magnâ mercede, & promiſſione à Deo ejuſmodi miſericordibus factâ Pſal. 41. 1. 2. 3. 4. cum Matth. 5. 7. & 25. 36. 43. Jac. 2. 13. Inter illas promiſſiones eſt etiam protectio Dei adverſus terrorem noctis, & ſagittas de die volantes; de quâ Pſal. 91. per totum. *Quinto*, ſuadet etiam fortitudo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Chriſtiana militi Chriſtiano forti-
ter ſe, datâ occaſione, ejuſmodi pe-
riculis offerre, mortem contemne-
re, in Dei providentiam recumbe-
re, idque ex ſincero Dei & proximi
amore Act. 20. 24. & 21. 13. 14.
Phil. 2. 3. De contemptu mortis,
& fide in providentiam Dei, ſupra
actum eſt. *Sexto*, accedit conſen-
ſus & praxis piorum. Ex pluribus
ſit Cyprianus de Mortalitate,
Exemplum illuſtre Chriſtianæ ec-
cleſiæ, de quâ Euſeb. l. 9. c. 7. &
7. 17. Niceph. l. 6. c. 20. ubi no-
tanda epiſtola Dionyſii Epiſc. Ale-
xandrini; & ejuſdem paraphraſtica
interpretatio Ruffini. Imprimis
Lavateri erudita concio ſeorſim
germanicè, latinè, belgicè edita;
quæ etiam inſerta eſt comment.
ejus in Ezech. 14. ejuſdem comm.
in 1 Paral. 21. Molleri meditatio
in Pſ. 91. Trelcatii Junioris Anti-
dotum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

dotum p. 535. Ameſ. Caſuum lib. 5. c. 7. quæſt. 5. multa habet de proximo diligendo, quæ huic noſtro negotio aptari poſſunt. Sohnius *de Cauſis & curatione Peſtis* tom. 1. Perkinſius in 6 præcept. Decalogi, Calvinus in Epiſtolis pag. 454. edit. in fol. Beza in Diatribe de peſte ſeorſim editâ; Urſinus Exercit. Theologic. part. 2. in ſummâ rei idem nobiſcum ſentiunt, quamvis hominibus liberis fugam concedant: ne quis, pro infidelitate & ἀστοργίᾳ, ſuâ (quâ etiam ſanguine aut affinitate conjunctiſſimis ſe ſubtrahit) Doctores illos alleget. Pontificios Caſuiſtas & practicos idem ſentire, & ad fortitudinem Chriſtianam cohortari, quin & ſuorum merita hâc in parte & quotidiana trophæa nimium forte jactare, colliges ex libro Philiberti Marchini de Peſte, & Jeſuitæ Raynaudi

naudi de Martyrio per peſtem, & vernaculo libello Jeſuitæ de Pretere. Addenda & analogicè huc applicanda, quæcunque Moraliſtæ & Practici de Miſericordiâ, Fortitudine, Caritate proximi commentantur. Nec diſſentiunt Chriſtiani Medici, ut ſupra innuimus; quorum conſilia evitationem peſte infectorum ſuadent; cum hac limitatione, *quantum Chriſtiana miſericordia ſeu ſymphatia permittit*, quam parentheſin piè & prudenter initio Antidoti anno 1636. editi inſerverunt Cl. DD. Medici Ultrajectum.

CAP VII.

Quæſtione principali deciſâ, poriſma hoc inde deducimus: Si quidem nulli fideles abſolutè ſe poſſunt ſubtrahere fratribus laborantibus; utique paſtores Eccle-

Eccleſiarum, à ſubſidio hoc & operæ caritatis non ſunt immunes. Quod poriſma tenendum contra periculoſam diſputationem Zanchii in Philipp. 2. quæ conſuetudinem Italo-Medicam nimis mihi ſapere videtur; ut & contra Joſephum Hallum in epiſt. Decad. 4. epiſt. 9. qui etiam ad morem ſeu legem tunc in Angliâ receptam nimis trahit conſcientiam miniſtrorum. Rationes ſunt *Prima*, quia rationes ſupra allatæ pro officio omnium fidelium erga laborantes peſte, fortius conſtringunt Paſtores, ſaltem quod ad ſpiritualem curam. *Secunda*, ſumpta ab ipſorum munere, & titulis. Sunt Paſtores, patres ſpirituales, cuſtodes & Epiſcopi, diſpenſatores, &c. qui debent paſcere, *verbo, exemplo, ſubſidio* (ut rectè Gregor. Magn. in paſtorali) non tantum publicè ſed & pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

privatim & κατ' οἴκους (Act.20.20.) & quidem ἀκαίρως εὐκαίρως 2 Tim. 2. v... imprimis in illo caſu neceſſitatis. *Tertia*, Quia Eccleſia debet non arctè habitare in corde eorum, debentque illi exemplo Pauli cum ovibus velle vivere & mori. 2 Corinth. 7. 3. & exemplo Chriſti animam pro illis ponere Joh. 10. v. 11. 12. 15. cum 1 Johan. 3. v. 16. *Quarta*, Quia non tantum ex caritate, ut reliqui Chriſtiani; ſed etiam ex juſtitiâ, non poſſunt eſſe immunes, aut plane ſe ſubtrahere: idque propter ſtipendium. *Quinta*, Quia ſunt & alii morbi contagioſi & periculoſi ſupra cap. 6. notati: Atqui nemo dicet miniſtros debere aut ſaltē poſſe à viſitatione iſtorum ægrorum in totum abſtinere nedum fugam capeſſere CLX. ergo magis in caſu peſtis. *Sexta*, Quia omnes conſtitutiones Eccleſiaſti-

cæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tæ (cum quibus conferendi auto-
res, qui Politiam Eccleſiaſticam &
officium paſtorum deſcribunt) no-
minatim etiam Confeſſio Helveti-
ca art. XVII. & Conſtitutiones Ec-
cleſiæ Belgicæ imponunt ipſis con-
ſolationem ægrotorum. Nullæ au-
tem ſunt conſtitutiones apud nos,
nec etiam Synodorum Deciſiones,
quæ in caſu hujus morbi illis hoc
officium interdicant. Sed contra
deciſio Synodi Dordracenæ 1574.
ad quæſt. particulares, & praxis
omnium fere paſtorum contra-
rium docet. Imprimis praxis Ec-
cleſiæ Genevenſis, ubi ſorte alicui
ex miniſtris illud officium com-
mittunt, quam refert Beza in tract.
de Peſte, liquidiſſimè evincit Cal-
vinum reliquoſque Theologos
Genevenſes ſenſiſſe, pertinere hoc
ad munus paſtorale. Perpetuam
praxim eorum innuunt etiam ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ba Franc. Porti Cretenſis in Reſp. ad Epiſtolam Petri Carpentarii quondam ibidem Profeſſoris juris, tunc apoſtatæ & proditoris. p. 5. *Cognovi te, quum ex collegio ne unus quidem propter peſtem à ſuo munere diſcederet, peßimo exemplo quocunque, deſertâ ſtatione, libebat, excurriſſe*, &c. Scultetus in concionibus in Jeſ. cap. 38. pag. 496. liquidiſſimè non tantum de miniſtris, ſed & de aliis in caſu neceſſitatis determinat. Eodem fere modo Georgius Sohnius in Theſibus p. 195. Convenit cum iis Georgius Abotus qu. ſeu lect. 5. p. 195. edit. Oxonienſ. anno 1598. niſi quod magis conſtringat, ob neceſſitatem, uti arbitror conſuetudinis Anglicanæ Lutherani Theologi à nobis hic non diſſentiunt Johannes Gerard. loc. com. tom. VI. Tarnovius lib. 3. de Miniſter. c. 2. Balduinus de Caſibus lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

b. 4. cap. 9. caſ. 6. & exſertè Wi-
andus tract. de Perſecutione p.
70. Et ex recentiſſimis Melchior
ylveſter Eckhardus in paſtore
onſcientioſo claſſe 2. ſect. 5. qu. 3.
nſtar omnium ſit maſculum con-
lium ex Lutheri tom. 3. Jenerſi a-
ud Philippum Haenen in conſiliis
ve judiciis Theologicis & requiſi-
s miniſterii, Germanicè anno
550. editis tract. 7. p 45. Pontificii
oc omnibus animarū curatoribus
nponunt, poſt omnes Marchinus
art. 1. cap. 2. 3. cum part. 3. cap. 1. 2.
anc cauſam agit, adductis ratio-
ibus ab officio paſtorali Joh. 10.
zech. 24. à lege caritatis & juſti-
æ (Thom. 22. qu. 26. art. 5. & qu.
85. art. 5. quodlib. 12. qu. 18. art. 3.)
oacervat & infinitas authoritates
x Canoniſtis, Caſuiſtis, &c. ad-
æc exempla Caroli Borromæi
piſcopi Mediolan. anno 1576.
alio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

aliorumque regularium, quorum ordines & nomina indicat part. 10. Præterea inſerit celebrem epiſtolam 180. Auguſtini ad Honoratum, de fugâ paſtorum tempore bellicæ calamitatis. Buſæus in Viridario cap. de *Fortitudine* laudat præter Borromei, exemplum Bernardini Senenſis & novi ordinis Romæ inſtituti ad miniſterium ægrotorum Jeſuita Raynaudus in tract. de Martyrio per peſtem part. 3. c. 3. commendat preſbyteros & Diaconos Alexandrinos, quorum meminit Martyrol. Romanum prid. Kal. Martias. Præterea Cyprianum, Gregor. M. Benedictum, Aſpertum, Bernardinum, Jeſuitas ſuos anno 1558. &c. Hoc quidem Molanus, in Theolog. pract. & ipſe Marchinus cum pluribus aliis Caſuiſtis concedit poſſe Epiſcopum, aut parochum per ſubſtitutum ali-

quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quando mediatè oves ſuas curare. Sed hoc nihil ad noſtros, ubi non ſunt otioſi Epiſcopi & beneficiati cum poteſtate ſubſtituendi, nec locum habent diſpenſationes de non Reſidentiâ. Gabriel Biel in ſermonibus de Tempore, tribus ſermonibus medecinalibus contra peſtilentiam ſubjungit quæſtionem de fugâ peſtis: ubi quidem multa. eruditè profert, & ſatis in hanc partem determinare videtur; niſi quod, more Caſuiſtarum Papalium, exeptione aut reſtrictione bene dicta rurſum labefactat.

Conſect. 1. *Licitum eſſe & valde laudabile etiam cum certo mortis periculo inſervire amicis peſte laborantibus*, rectè probat Marchinus ex rationibus, & authoritatibus Cypriani de Mortalit. Auguſtini de amicit. c. 10. Hieronym. in Mich. 7. Lactant. lib. 5. c. 18. Ambroſ. lib. 3. de offic. c. 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

c. 12. II. Idem tamen nimis mihi exorbitare videtur, cum peſte afflictos, vel de eodem valde ſuſpectos concludit eſſe tanquam multorum homicidas & patriæ proditores puniendos, ſi ſanos non moneant & cum iis libere verſentur, part. 2. c. 6. III. Siquidem paſtores eccleſiarum non poſſunt ſe ſubtrahere viſitationibus ægrotorum, multo minus licita ipſis fuga eſt, aut importuna miniſterii deſertio.

CAP. VIII.

A piâ hac ſententiâ aliqui & olim & hodie in Papatu receſſerunt non tam judicio quam affectu metus, & inde vitioſa praxi; quæ duo perverſa principia protulerunt tandem illam opinionem. Toſtatus in Geneſ. 14. col. 7. admodum videtur favere huic opinioni;

ſioni; cujus deciſionem propterea
limitat Marchinus part. 2. c. 6. Ni-
colaus de Clemangis celebris ſuo
tempore Theologus ſuadebat fu-
gam abſque ullâ limitatione, vid.
epiſtol. 27. ubi ex noſtris Johan.
Lydius editor Clemangis in mar-
gine hanc cenſuram opportune
adſcripſit: *Conſilium minime Theolo-
gicum.* Marchinus cap. 12. conque-
ritur & miratur quoſdam viros do-
ctiſſimos, à piis operibus nonnul-
los ſuo conſilio & ſuaſione retra-
xiſſe, ſi ſecus feciſſent terribilis in-
ferni pœnas illis comminantes.
Apud reformatos non deſunt in-
ter ditiores & potentiores impri-
mis, ut & ruricolas ſimpliciores,
qui quidem in ſe officium hoc non
implerent; ſed qui ita inſaniat ut
homines ab heroicis illis operibus
propoſitâ pœnâ infernali abſter-
reat, arbitror eſſe neminem. Sed
ratio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rationes & horum & quorumcunque aliorum audiamus. *Object.* 1. Nemo debet ſe in illud periculum conjicere; ergo. *Reſp.* 1. non abſque neceſſitate, non temere, conceditur. 2. abſolutè ut nemo ſe conjiciat non dicent illi qui Medicos, chirurgos, famulos, famulas, paſtores, ſacerdotes, ægrotorum conſolatores in auxilium ſuum advocant. Quod ſi contra animæ ſalutem & mandatum Dei illi ſervitium illud præſtant, non poſſunt hi bonâ conſcientiâ ab illis hoc petere. 3. hoc argumentum ſi locum habeat, tum nemo militiæ ſe devoveat, nullus civis pro aris & focis arma ſumat, nullus incendium reſtinguat, nullus naufragantibus ſuccurrat, nullus denique martyr vivi comburium adeat. Abſit, abſit! Applicanda huic igni peſtilentiali aurea ſententia Thomæ Bilney

mar-

martyris in Angliâ temporibus Marianis: *Per ſenſum*, inquit, *& philoſophiam ſcio, ignem eſſe calidum, & cum dolore urentem: ſed per fidem ſcio eum aliquando ſtipulam mei corporis conſumturum, & animam meam purgaturum à corruptione.* II. Ordo ſervandus eſt in caritate, ut præferam corporalem meam ſalutem, vitæ proximi. Neque enim teneor eum plus diligere, quam meipſum. *Reſp.* cum Marchino, I. ordinem charitatis exigere ne quis temere & abſque urgente ac juſtâ amici neceſſitate vitam exponat. 2. non diligi amicum plus quam nos ipſos, ſed plus diligi honeſtum virtutis. Sicut cum quis pro patriâ vel pro fide ſervandâ vitam exponit periculo. III. Homo non eſt dominus vitæ ſuæ, ergo debet fugere omnes peſte laborantes. *Reſp.* Deus eſt dominus vitæ; eam Deo libenter impen-

pendet, ex juſtâ & urgenti causâ ob honeſtum & laudabilem finem. Haut aliter ac Martyres, aut cives qui mœnia ſua contra invaſionem hoſtilem tuentur, aut qui accurrunt ad incendium, &c. IV. Si in perſecutione licet fugere de civitate in civitatem ergo & tempore peſtis. *Reſp.* non licet ſemper, nec omnibus: ut alibi caſus ille deciditur. Deinde nos omnem quorumcunque & quamcunque fugam non improbabus. Saltem miniſtris verbi in perſecutione non fugiendum, nec oves deſerendas communiter determinant Theologi. Vide inter alios eruditè ac plenè hoc agentem Georgium Abotum in ſex quęſt. ſeu pręlectionibus, qu. 5. V. Domum, quæ incendio vaſtatur, relinquimus; quidni & domum peſte infectam? *Reſp.* concedimus, ut & in aliis mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

morbis. Siquidem domus non ſit ſpatioſa, & ſuppetat alterius copia (quomodo in Italiâ à Præfectis ſanitatis tales offerri didici ex Marchino loc. cit.) utique commodum hoc non eſt contemnendum.

VI. Qui peſte infectos viſitant, ſunt aliquo modo rei αὐτοφωνίας; tantundem enim eſt ac ſi in ignem inſiliiſſent. *Reſp.* 1. qui debito fine & modo fortiter ad honorem Dei & ſalutem proximi offerunt ſe periculo alicui, non ſunt rei, non magis quam martyres, cives & milites patriæ defenſores, Medici, chirurgi, aliique qui animam aut corpus ægrotantium curant. 2. Deinde diverſa eſt ratio ignis & contagii peſtilentis: ignis promiſcuè ſemper urit eos, quos attingit abſque ullo perſonarum delectu, aut actus ſui ſuſpenſione, peſtis vero non itidem, ut docet experientia. In quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

propriè conſiſtat αὐτοφωνία, docemus in diſp. de eâdem. VII. Lepra in V. T. præcisè erat fugienda, ergo & peſtis in N. T. *Reſp.* febricitans hoc argumentum (quod tamen ſæpe uſurpatur) in ſcholis Theologicis nullum meretur reſponſum. Qui cadaver attingebat, qui menſtruatam, &c. immunditiem ceremonialem ſibi contrahebat. Sed quid hoc ad contagium peſtis? VIII. Ab omni officio immediatè ægrotis illis ſuccurrendi abſolvor, ſi modo precibus apud Deum, & conſiliis ac donis per alios ipſis non deſim.. *Reſp.* Si liberi hoc dicant parentibus, mariti uxoribus, fratres fratribus, & vice verſa, utique videor mihi audire antiquum illud Phariſæorum *corban* Matth. 15. 5. IX. Qui metuit, poteſt bonâ conſcientiâ fugere; & omnibus illis, etiam maximè neceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſariis caritatis officiis etiam erga parentes, uxorem, liberos, &c. ſe ſubtrahere. *Reſp.* 1. vehementia affectuum in homine, non abſolvit à peccato, ut non tantum Theologi docent, ſed & Ariſtoteles cum ſuis philoſophis Moralibus. 2. Hoc ſaltem hinc infertur, fugiendum eſſe illum inordinatum metum, & ab eo reſipiſcendum: haut aliter ac ille reſipiſcere & ſe emendare tenetur, qui præ metu veritatem fidei non confitetur aut cœtui orthodoxorum clandeſtido ſe non adjungit. *Inſtantia*: Opponitur caſus, ſi quis ita metu occupatus ſit, ut nullum officium ægroto ſit præſtiturus, immo potius eum gravaturus, & ſibi ipſi præſens ſive exitium ſive periculum allaturus; an non debeat potius abſtinere & ſic in conſcientiâ ſuâ quietus eſſe? R. Poſitâ illâ hypotheſi ſi quis prudentum conſi-

lio pro tempore abſtineat, ne ſcil. peccatum addat peccato: eo ipſo tamen non tollitur ἥττημα, ſeu peccatum ipſius; non magis quam ejus qui iræ aut contentionis æſtu erga proximum turgens abſtinet pro tempore ab uſu cœnæ, aut filius inebriatus tantiſper abſtinens à viſitatione curâ & auxilio patris letaliter decumbentis. Quamprimum ergo & ſtrenuè hic defectus corrigendus. x. Plagæ Dei, & mala divinitus inflicta ſunt fugienda. *Reſp.* Sed ideo non ſunt afflicti omnes abſolutè fugiendi cum operâ noſtrâ indigent. Alioquin pauperes, nudi, famelici, ægroti omnes eſſent vitandi. xi. Parci poteſt Eccleſiæ paſtoribus, quia tantum in ipſorum incolumitate aut jacturâ Eccleſiæ ſitum eſt, & per alios facile hoc curari poteſt. *Reſp.* 1. Non diſputamus hic, an & quâ ratione

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

& publico Eccleſiæ bono, & ægrotorum neceſſitati, & ſanorum inſtitutioni (imprimis ubi contagii evitatio legibus quibuſdam ſatis arctè circumſcribitur) commodiſſimè proſpici poſſit: nec etiam utrum magis præponderet paucorum ægrotantium conſolatio ab paſtore immediatè præſtanda, an vero totum verbi miniſterium, quod alioquin laboraret: Sed hoc tantum nunc agimus, ut doceamus, non eſſe hoc officium conſolandi, ab ordinario munere ſeparandum, quaſi ad id jure divino paſtores non tenerentur; immo quaſi peccarent in munus ſuum paſtorale, ſi qui tales ægrotos viſitarent.
2. In omnibus Eccleſiis, præſertim vicanis & oppidanis minoribus, non video quomodo illis parci poſſit, niſi moribundos ibi conſolatione omni deſtitutos velimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

3.Sic tamen de parſimoniâ hâc non eſt diſſerendum, ut eorum, qui bene animati ſunt, manus remiſſas reddamus; aliorum, qui mediocri fortitudine præditi, animos frangamus; denique tot egregiis viris, qui in Belgio paſſim muneri ſuo non defuerunt, nec ſibi & labori ſuo paſtorali ita parci voluerunt (quorum non pauci tanquam vigiles & duces in ſtatione ſuâ ſtantes mortui ſunt) quidquam detrahamus. 4. Per alios hoc ita curandum eſt ut non ſint tanquam vicarii ſeu ſubſtituti (quos Eccleſiæ reformatæ non agnoſcunt) ſed tanquam adjutores, qui partem laboris ſublevent; ne tandem partes integrales miniſterii abalienatæ & defractæ, in alios transferantur. 5. Denique quidquid agant iſti adjuvantes, non debent paſtores in gravioribus conſcientiæ caſibus,

caſi-

caſibus, imprimis ſi miſeri ægroti eorum conſilium & ſolatium deſiderent, hâc occaſione ab illo muneris ſui actu plane excludi.
XII. Audivi aliquando & hanc exceptionem: Non tenetur nec etiam poteſt unus omnes laborantes viſitare; ſufficit ſi domeſticis & ſuis ſuccurrat. *Reſp.* Ab illis quidem primo incipit caritas; ſed ut præciſè ibi terminetur, Deus non præcipit. In dandis eleemoſynis, mutuo gratuito, conſolandis & juvandis lugentibus, & infirmis omnibus, ad omnes & ſingulos ſe non extendit unius facultas. Sed inde per malam conſequentiam educitur τὸ negativum: Nullo modo tenemur aliquem in illo caſu viſitare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

CAP. IX.

Reſpondeamus nunc ad caſus & quæſtiones quaſdam. *Prima* eſt, An cometæ rectè dici poſſint prænunciare peſtem? *Reſp.* non definitè, ſed indefinitè. Prænuntiant enim aliquod Dei flagellum & judicium: at illud eſt vel peſtis, vel bellum, vel fames, &c. Hoc tamen cavendum ne ante eventum, applicemus prognoſticon illud certis hominibus, aut civitatibus. Ex inſolito ranarum, murium, & reptilium proventu peſtem non aliter præmonſtrari, quam certo futura per præſenſiones Medicas, ruſticas, & nauticas, obſervat Valeſius ſacr. philo. c. 30. Plura præſagia vide annotata à Cardano de Variet: rerum lib. 15. c. 7. 8. imprimis à Marchino probl. 20. & Fracoſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

coſtorio lib. 1. de contagione c. 13. Quam certa verò aut incerta ſint præſagia, diximus Diſp. *de Oſtentis & prodigiis.* *Secunda* eſt, An malis angelis tanquam inſtrumentis divinæ ultionis attribui debeat peſtis? *Reſp.* Aff. ex argumentis theſi 1. adductis. Accedit experientia. Si enim Paulo Diacono hiſtor. lib. 3. c. 5. 6. fides, peſte illâ anno 680. ſub Agathone Romam & Ticinum penitus devaſtante, non pauci Dæmones viſi ſunt igneos gladios, ac lanceas manibus tenentes, qui quoties alicujus domus oſtium enſe vel lanceâ percutiebant, tot in eâdem familiâ ſequenti die peſte exſtinguebantur. Gregor. Nyſſenus in vitâ Gregor. Thaumaturgi refert: *ſi ſpectrum quoddam ad eas ædes, quibus pernicies* (ex peſte ſcil.) *imminebat, accederet, certum exitium ſubſequebatur.* Procopius lib. 2. de bello

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Perſico affirmat peſtem ſævientem anno 544. ſub Juſtiniano, *ortum habuiſſe à phantaſmatis dæmonum, humanâ ſpecie viſis: quot enim in ipſa inciderant, percuti ſe ab aliquo viro putabant, morbuſque ſubito irruebat.* Gregorius Magnus (quamvis ſæpe in narrationibus nimis credulus) lib. 4. dialog. c. 36. narrat homines, ſuper quorum capita flamma ſagittæ ſpeciem præ ſe ferens conſpecta eſſet, nullam ſentientes ægritudinem, ipsâ ſternutatione proſtratos fuiſſe. *Tertia*, An peſtis ſit naturale quid, an ſupernaturale. *Reſp.* Utrumque. *Quarta*, an ergo miraculum? *Reſp.* Neg. *Quinta*, An mitior plaga ſit peſtis, quam fames, aut hoſtium oppreſſio? & cur? *Reſp.* 1. Aff. pr. ex 2 Samuel. 24. Et miror negare hoc Marchinum prolegom. §§§ 1. cum Toſtato in 2 Sam. 24. qui volunt Davidem elegiſſe

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

non minimum, ſed maximum malum, quod illud eſſet ipſi cum ſubditis commune. 2. Ratio eſt, quia furor, vaſtitas, diſtractio & perturbatio ſenſuum, & affectuum non ita dominantur in peſte, nec Dei cultuſque divini interni & externi ita nos obliviſci, & in tam varia peccata prolabi faciunr; ſed contra devotio & actus pietatis tum maximè vigent. Hæc ſola ratio, ut alias omittam, magis exoptandam reddit hanc plagam. Videri poſſunt comment. Martyris in 2 Sam. 24. & Lavatiri in 1 Paralip. 21. & Parei Exercit. theol. lib. 2. Exercit. 22. *Sexta*, An qui ex caritate, aliis inſervientes, peſte obeunt, propriè ſint martyres? *Reſp.* Movent hanc quæſtionem & pro parte affirmante diſputant Marchin. part. 1. cap. 7. & Jeſuita Raynaudus tract. ſatis ſpiſſo, de *Martyrio per peſtem.*

Nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Nos dicimus eſſe merum luſum æquivocationis in voce *Martyrii*; & partem negantem ſequimur cum Biel concl. 9. tract. de Fugâ peſtis, qui exſtat inter ſermones poſt dominic. 24. Pentecoſtes, cum Eſpencæo lib. 3. digreſſ. c. 19. Gabr. Vaſquez. 3. part. diſp. 153. c. 3. *Septima*, An Medicus poſſit fugere, & an teneatur viſitare peſte infectos, ſi qui operam ipſius deſiderent? *Reſp.* Movent hanc quæſtionem Bannes in 22. qu. 33. art. 3. dub. 4. Zwarez lib. 3. de legibus. c. 30. n. 4. Eſpencæus in 1. ad Timotheum digreſſion. lib. 3. c. 19. Bonacina, Salas, Zanchez, Homobonus, Benzonus, à Marchino citati part. 1. c. 8. Ubi diſtinguit inter Medicum conductum abſolutè, & inter couductum in omnem eventum. Hunc dicit cogi poſſe; illum vero minime, niſi imminente neceſſitate & aucto illi ſtipen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſtipendio. Dura autem & ſatis imperioſa mihi videtur ratio, quam addit, *quia ad obviandum communi damno poteſt legiſlator legem ferre obligantem aliquos etiam cum patenti vitæ periculo.* Sed longè duriſſimum, ſi non *atrox*, quod ſubdit: *Pharmacopœos & chirurgos ſi fugam tentent poſt legiſlatoris præceptum, poſſe morte puniri ad aliorum exemplum.* Quidquid ſit, cum Medicorum ſit hoc curare (ut fuſe diſputat Gul. Marquis probl. 2.) potius excitandi ſunt aliqui, quorum rationes hoc ferant, qui perſuaſione caritatis adducti exemplo Lævini Lemnii *nuſquam non intrepidè ſe conferant, conjecta in Deum fiducia, ſuccurendæ plebis & civium ſtudio.* De occult. Nat. Mirac. lib. 4. c. 17. *Octava*, An contagium per fomitem tantum ſit, ac quidam volunt & tam ſcrupuloſè vitandum uſque ad nummos exlo-
cis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cis infectis mari aut terrâ miſſos, lapides, metalla, &c. ita ut nùmini aliquâ temporis morulâ ſint macerandi acri aceto, ut habet praxis Panormitana & Florentina apud Marchin. part. 10. c. 11. p. 257. Et an ex præſcripto Ficini in Remed. Epidemic. c. 25. *quiſque debeat fugere hominum converſationem, ut ſit ſemper à ſocio remotus in aëre aperto ad minus per ſpatium bicubiti & ab infecto per ſex cubitos: & cavere debeas ne ventus ab eo in te ſpiret, & inter te & ipſum ſint ſol, ignes, odores.* *Reſp.* 1. tantum non eſſe agnoſcunt egregii quidam Medici. Mercurialis de peſte cap. 12. *ſimplices ſibi videri dicit, qui contagii metu monetas tractare recuſant.* Idem etiam in Gallis & Genevenſibus ſuis perſtringit Joh. Anton. Saracenus cap. 6. p. 26. ubi & hoc addit: *Unde mirari ſubit noſtrorum hominum ſedulam nimis cautionem, qui ſi,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quibus in ædibus familiæ plures diverſantur, per cochl.des etiam ex ſolido lapide ſcalas vel ægrotus peſte laborans ſit deductus vel exſtinctum peſte cadaver exportatum, per eaſdem egredi regredive periculi plenum exiſtimant, &c. 2. Et quid ſi per remotam conſequentiam & ſuſpicionem ſcrupuloſi alicubi putent contagii aliquid poſſe adhæreſcere, illis ego ſuggererem illud quod Bernardus ſerm. 31. in Cantic. tam ſcrupuloſis diætæ medicæ & *ciborum obſervatoribus, morum neglectoribus*, ut loquitur, *Puta*, inquit, *te quæſo monachum* (ſubſtituo Chriſtianum) *eſſe non medicum: nec de complexione judicandum ſed de profeßione. Parce obſecro primum quidem quieti tuæ: parce deinde labori miniſtrantium: parce gravamini domus: parce conſcientiæ; conſcientiæ dico non tuæ ſed alterius, &c.* Verum illud dictum eſt: τὸ λίαν ἀκριβὲς ψεῦδες. Quod

in

in ſcientiis Theoreticis, in civili hominum praxi, in diætâ medicâ, & ubique obſervandum; ſolâ exceptâ lege Dei & rebus conſcientiæ, in quibus obtinet illud Epheſ. 5. 15. ἀκριβῶς περιπατεῖτε, &c. Contagii fuga attemperandi eſt vocationi tuæ & caritati proximi. 3. Alioquin ſi ita omnia tuta times, ſi ſub quovis lapide ſcorpium invenis, ſi ad folii cujuſcunque ſtrepitum exhorreſcis, jam Dux Exercitum, miles ſtationem ſuam, Magiſtratus & judices curiam, parentes familiam, miniſtri Eccleſiam deſerant & (quod alicubi fit) vicario aut Anagnoſtæ committant. Hoc demum erit ex lege naturalis contagii, ſibi (hoc eſt, pretioſioribus animabus) parcere, & viliores periculo exponere. Breviter erit ex mundo, ſaltem ex orbe tuo exeundum. Nam aër ibi (ut docent Medici,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

lici, Saracenus loc. cit.) aut ſecun-
lum ſubſtantiam corruptus eſt, aut
utridus; & is in ſe continet ſemina
eſtiferi contagii. Si quis excipiat,
e tam longè ſcrupuloſam hanc fu-
gam non extendere: Regero eadem
conſequentiâ, & eâdem conſcien-
iâ teneri te (etiam cum interver-
ione vocationis & pietatis tuæ) &
ic & illic vitæ tuæ parcere, ſanitati
onſulere; aut utrobique illam
noderationem adhibere, quam
nos requirimus: ut natura & me-
licorum methodus non ſit norma
onſcientiæ, ſpecialis vocationis
uæ, pietatis erga parentes, στόργης
rga liberos; ſed contra. Pariter
ere judicandum de duratione
contagii in fomite, veſte ſcil. linea,
aneâ; ſericâ; quam ſi æſtimemus
ex analogiâ veneni, quod 12. imo
& 50. annis in humano corpore la-
ere poteſt (uti Mercurialis cap. 14.
de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

de peſtilentiâ & ex illo Marchin. probl. 28. obſervat,) utique non video, quando tandem ſine ſcrupulo veſtes ejuſmodi contrectari poſſint. Confer infra problema noſtrum 14. Eſſent ergo omnia illa igni comburenda. Et quis tandem finis ſcrupulorum, & anxiarum obſervationum? Rurſum ergo inculco vulgatum illud: *Ne quid nimis.*

CAP. X.

NONA, Contagium per diſtans an neceſſe ſit ponere? *Reſp.* Sennertus lib. 4. c. 2. p. 688. improbat diſtinctionem ejus à contagio per fomitem: quod vocat mediatum, & ſubdividi vult in illud quod interveniente ſolo aëre, & aliud quod per veſtes, aliaque corpora propagatur. Hæc in genere quidem dici poſſunt. Sed cujus

avis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ais indicio ſciunt, peſtem in hâc
gione, aut civitate contagio ad
iſtans ex aliâ regione & civitate
eceſſario per aërem eo delatam;
non immediatâ Dei manu aut
iniſterio angelorum (quæ Sen-
ertus aliique Medici non negant,
ater quos Palmarius, de morbis
ontagioſ. de Peſte lib. 1. c. 6. non-
unquam abſque cauſis phyſicis
nmitti aſſerit) huic civitati aut
egioni æque immiſſam, ac civitati
: regioni cui primæ omnium in
oto orbe inflicta fuit, quomodo
e aliis morbis, ſiccitatibus, inun-
ationibus, incendiis judicamus.
. Siquidem tam ſpiritualis eſt diſ-
eminatio & penetratio contagii
d diſtans, ut Sennertus loc. cit. &
olinus c. 8. adeo ut etiam ex com-
nunicatione aëris, ventorum, &c.
um remotiſſimis regionibus peſte
nfectis, & ex aſpectu ſolo ædium
aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

aut hominum infectorum (exempla habet Nicephor. Eccleſ. Hiſtor. lib. 17. c. 18. & Guido tr. 2. doctr. 2. c. 5. quam Junctinus lib. de peſte c. 1. vocat peſtem baſiliaſticam) peſtem quis contrahat: dicant ergo mihi an putent tumultuariam illam fugam per cito, longè, tardè; & Ficini bicubitalem diſtantiam & pertinacem, ſæpe crudelem, fugam à plateis, domibus & hominibus infectis ſufficere; Quo fugiam, ut fugiam aërem, in quo circumfuſo pendet tellus? præſertim ſi tam corruptus ſit, ac refert Cardanus de Variet. lib. 8. c. 45. ſupra cit. Aut qui ſaltem erunt termini fugæ, ut certus ſim ad illud aërem meum in quo quieſco, aſtrale illud contagium ſpiritali modo non ſerpere? Philippus Ingraſſias de peſte Panormitanâ (apud Marchinum probl. 29.) ait diſtantiam quinquaginta

gnta paſſuum conſtituere termi-
um non ſuſpectum. Sed quid tum
et, ne aër etiam remotiſſimus ab
gro ad ſanum flante vento defe-
tur? ſiquidem tunc maximè ca-
ndum eſſe cum venti ex regione
â ubi peſtis graſſatur, ad nos per-
ant; monet Fracaſtorius lib. 1. de
ontagione c. 13. & ex Æthiopiâ
lim Athenas, ex Babyloniâ in Ita-
am vento delatam affirmat Fa-
ius Paulinus comment in Thucy-
idem lib. 1. cum autoribus ibid.
tatis. Idem de peſte ex Schlavo-
iâ Venetias delatâ anno 1456.
onfirmat Herculanus ad 4. Avi-
ennæ. Erit ergo à publico omni-
o abſtinendum etiam cum ex ci-
itate infectâ profugimus; nec ſuf-
ciet illud: *cito longè tardè*: nam
emper metuendum & cavendum,
e peſtis ex civitate, quam reliqui-
nus, aut ex remotiori aliquo terræ
angulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

angulo nos afflet. Immo ne domi quidem occultari ſuffecerit, ſiquidem ventus facile aërem aliquem infectum, aut ἀπορροίας & ſubtiliſſimos halitus in eam propellere poſſet; imo ipſa aſtralia atoma contagii vehicula per ſe ad intima ædium penetrare. Hæc dico, ne nimis anxiè ſi non ſuperſtitioſe cautelis illis ad vitandum quodque vel remotiſſimum contagium dijudicandis & obſervandis nos excruciemus, etiam uſque ad negligentiam caritatis & officii erga Deum & proximum; atque ita bis, terque miſeros nos faciamus ante tempus. *Decima*, Cur plerumque ii, qui in corporalibus aut ſpiritualibus opem ſuam addicunt ægrotis, magis immunes ſint à peſte quam quivis alii? *Reſp.* Rationibus aliorum rejectis, probabiles adfert ex cauſis ſecundis deſumptas Sennertus

cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ꝺ. 2. p. 686. Sed certiſſima eſt,
ꝗæ deſumitur à ſpeciali prote-
ꝺtone Dei, juxta promiſſionem
ꝑal. 91. *Vndecima*, Qua ratione
ꝑſtis excitetur à Magis? *Reſp.* Modi
ꝺerationum diabolicarum varii
ſunt, & nobis admodum occulti.
ꝑpe ipſa corpora immediatè affi-
ꝺunt: Sæpe, ut & vicarii eorum,
ꝺl. Magi naturalium cauſarum
ꝺplicatione utuntur ad venenum
ꝺinfectionem producendam. Car-
ꝺn. de ſubtilit. lib. 18. & l. 2. de
ꝺnenis cap. 17. & de Variet. lib. 15.
ꝺ80. ubi exempla refert. Senner-
ꝺs cap. 4. p. 727. 728. Gul. Mar-
ꝺuis probl. 1. p. 4. 5. 6. Aretius
ꝺroblem. de Faſcino, Marchinus
ꝺoleg. §ſ.b. Tholoſanus ſyntagm.
ꝺ. 34. cap. 11. Althuſius dicaialog.
ꝺ. 1. c. 102. 17. 18. Α᾽φιλόσοφον
ꝺihi videtur, quod ex Tholoſano
ꝺcogitatum, loco cit. probat Mar-
chinus:

chinus: *Inducere Magos alicubi peſtem excitando, vi propriæ imaginativæ materiam ſui corporis putridam, per quam infecti oculi radios & ſpiritus animales ad extra mittentes, aerem propinquum vitiant, quo ab aliis attracto, peſtis in humanis corporibus procreatur, &c.* *Duodecima*, An quis bona cum conſcientia, certo pretio operam ſuam locare poſſit hominibus peſte infectis? *Reſp.* Aff. contra Joh Briaert quodlib. 3. qui (referente Raynando part. 3. cap. 1. pag. 392.) maximæ ſtultitiæ & gravis peccati damnat eos qui vitam pro pecuniola prodigunt. Nos addimus hanc cautionem; ſi modo ſupremus illi finis ſit gloria Dei, ſalus animæ, & bonum proximi. Neque enim juſtum tam periculoſi operis ſtipendium per ſe malum eſt. *Decima tertia*, Quid faciendum piis, imprimis Eccleſiarum paſtoribus, ubi per

rigidas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rigidas leges, aut tyrannicam conſuetudinem, miſericordia adverſus quàm maximè charos & neceſſarios uti non licèt? *Reſp.* Edocebunt & Magiſtratum & populum, de neceſſaria caritate contra afflictos, in tali neceſſitatis caſu. *Deinde*, caritatem ſuam erga dilectos ſibi exhibebunr pro modulo, ſi non palam, ſaltem clam. *Denique*, ſi latere non poſſint, & propterea omni publicâ converſatione ac miniſterio ipſis interdicatur, animas ſuas in patientia poſſidebunt. Interim domeſticos imprimis uxorem, parentes, liberos non deſerent, etiamſi ab omni miniſterio ad tempus abſtinendum eſſet. Tum enim peccatum nullum erit in ipſis, ſed in illis qui nimio ſuo metu, miniſterium eorum reſpuunt & impediunr. *Decima quarta*, Quid ſtatuendum de origine peſtis illius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quam Juſtinopoli ex contactu funium, quibus ante viginti annos ægri portati, & mortui ad ſepulchrum delati erant, ortam ex Trincavellio & Francanſano narrat Sennertus. lib. 4. c. 2. p. 676. ex quâ per contagium 10000. homines mortui ſunt? *Reſp.* Credat Judæus Apella, non ego. Cur non potius ad Deum aſcendimus, quam ejuſmodi excogitatis, ſæpe inſipidis, rationibus, hoc agimus, ut omnia naturæ & cauſis manifeſtis tribuantur, atque ita diſcamus nihil θεῖον, nihil inſolens in his judiciis Dei mirari? *Decima quinta*, An ſanitatis præfecti poſſint peſtilentes, vel de peſte ſuſpectos è propria domo & ab urbe invitos extrahere & in noſocomia publica compingere? *Reſp.* Quæſtionem hanc movet Marchinus, & ad eam reſpondet affirmativè part. 7. cap. 1. adducto præter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

us civile & canonicum, exemplo
eproſorum Levitic. 13. & 14. &
Numer. 5. ſolos excipit nobiles, &
eligioſos; de monialibus & ſacer-
otibus muſſitat, & videtur velle
iſtinguere. Nos regulam ejus una
um exceptione, quippe nullâ ra-
ione ſuffultam improbamus. *De-
ima ſexta*, An verbi prædicatio,
liique conventus ad exercitia pie-
atis propter peſtem debeant im-
pediri? *Reſp.* Neg. Eandem ſenten-
iam tuetur Marchinus part. 4.
cap. 7. ſed rationibus partim alie-
nis. partim falſis, nullâ οἰκείῳ, aut
apodicticâ. *Decima ſeptima*, An bona
mobilia peſtilentum, aut ſaltem
ſuſpecta igni ſint comburenda à
Magiſtratu, & quidem abſque com-
penſatione? *Reſp.* Neg. contra Mar-
chin. ibid. c. 3. Frivolas ejus ratio-
nes, quia bona illa, inquit, nullius
ſunt valoris & æſtimationis, cum
 ſolâ

ſolâ propinquitate mortem adferant, &c. in ipsâ Diſputatione diluemus. *Decima octava*, Statutum & quidem ſub pœnâ capitali, de non admittendis forenſibus & quibuſcunque viatoribus, deque prohibendo egreſſu extra urbem, an ſit Chriſtianum? *Reſp.* Neg. contra eundem Marchin., qui cap.5. celebrat Urbanum VIII. qui hâc panacæâ univerſam ditionem Romanam, infectis fere omnibus, ab omni peſte liberavit. Miraculum ſane Pontificiâ infallibili fide, & omnipotentiâ digniſſimum. *Decima nona*, An ad arcendam peſtem licitum ſit uti opera Medici Judæi? *Reſp.* Neg. Marchinus; ſed tamen cum aliqua exceptione. Nos abſolutè negamus, ob rationes alibi contra Judaicam Medicinæ praxin inter Chriſtianos, adducendas. Tantum meminerit nunc lector Judæos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Judæos ob venenum & peſtem diſſeminatam in Gallia anno 1320. totâ Galliâ pulſos. Sunt & alia problemata non inutilia, quæ perſtringit Marchinus; ſed quia propriè ad philoſophiam & medicam pathologiam ſpectant, & quarundam determinatio ſatis incerta, inſuper ab aliis jam in enodatione eorum ſudatum eſt, nolumus iis recoquendis immorari. Sunt autem præcipua 1. Peſtis cur morbus difficile ſanabilis? 2. Cur eâ alii lædantur alii minime? 3. An in humanis corporibus peſtiferum venenum naturaliter gignatur? 4. Cur moniales, & carceribus incluſi, ſenes, vetulæ peſte minus corripiantur? 5. Cur corpora peſte exſtincta, præmollia? 6. An & cur à peſte illæſus alios lædere poſſit? 7. An piſces à peſte ſint immunes? 8. An dentur regiones à peſte immunes?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

9. Cadavera peſte exſtincta an â feris carnivoris attingantur? 10. An peſtis bis, aut ſæpius eundem hominem corripiat? 11. Robuſtiores cur præ cæteris peſte proſtrati? 12. Bubones cur ſub axillis, aut in inguine ſępius compareant? 13. Cur maculæ peſtiferæ in dorſo & pectore, non in facie conſpiciantur? 14. Cur illæ poſt mortem aliquamdo compareant, antea non viſæ? 15. An aër putreſcens ſit cauſa peſtilentiæ? & Quomodo contagium aëri communicetur? 16. An peſtis inducatur tetro odore; ad hæc viſu, auditu, imaginatione, & metu? 17. Quâ anni parte oriatur, ac deſinat? 18. Quamdiu in aliquâ Provinciâ vigere ſoleat. 19. Quodnam contagium ſit magis pernitioſum? 20. Quænam ſigna peſtis pathognomonica?

Conſectarium. *Si Ægyptii & Turcæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Turcæ prætextu ſati & morbi θείȣ ac ſatalis, temere peſtis pericula affectant, remedia omnia contemnunt, ut quidem de illis teſtatur Proſper Alpinus lib. de Medicinâ Ægyptior. cap. 15. de his Buſbequius in legatione Turcica, utique longe ab eorum opinione diſsident pii & zeloſi plerique religionis noſtræ conſortes in Belgio; quos nolim palam rideri, aut indirectè Turciſmi inſimulari. Peſtifugæ tam trepidi, tam ἀναίσθητοι ſi non ſunt, & deſertores ſuorum; ne minima tamen ſpecie ſunt Turcæ, nec Deum temerariò tentant. Media non reſpuunt, nec Medicinam contemnunt; ſed naturam gratiæ, medicinam fidei Chriſtianæ, privatam cupiditatem gloriæ Dei, bonum ſuum particulare, bono publico virtutis, non præponunt aut præficiunt, ſed contra. Ita à paſtoribus ſuis (quos per ipſorum latus etiam tangit calumnia) ſunt edocti. Si nonnulli zelo & ſtudio benefaciendi proximo, aliquando videntur impruden-

tius quid agere, non eſt illud tam acerbè exagitandum, nedum prætextus turpi timori & fugæ hinc quærendus. Minus malum eſt in exceſſu hic peccare quam in defectu. Confer quæ ſupra diximus, imprimis Lavaterum in tract. de Peſte, & commentar in 1 Paralip. 21. cujus ſententiam ibi per omnia approbo, cum quâ etiam imprimis conveniunt ſcriptores Helvetii, Germani, Belgæ: Nec in ſummâ rei diſſentiunt Galli, aliique. Quamvis aliqui inter eos ad leges & conſuetudinem ſuæ patriæ alicubi nimis videantur decidere. Concludere non pudebit apophthegmate Solymanni Turcarum Imperatoris: *Peſtilentiam dicebat eſſe ſagittas Dei, quæ à propoſito ſcopo non aberrarent. Si quem hoc teli jactu percutere vellet, nihil fugam, nihil latebras profuturas.* Et determinatione iſtâ Thalmudicorum in *Sanhedrim* fol. 29. *Quod licet ſeptem annis graſſetur peſtis, nemo tamen moriatur niſi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

niſi annis ſuis completis. Et Chagigah fol. 4. *Nunquid abit aliquis tempore non ſuo?* Quæ ſi ſanè & Chriſtianè accipiantur, uti fatalem terminum accipiendum docuimus in diſſert. de Termino vitæ; utique non magis, nos tangit à nonnullis peſtifugis hac in quæſtione impacta Turciſmi calumnia, quam turpes tabellæ & diffamatoriæ Neo-Pelagianizantium ſcedulæ, quæ nihil niſi Turciſmos, Manichaiſmos, atheiſmos, &c. in Orthodoxam Eccleſiarum noſtrarum doctrinam detonant.

Vince metum mortis & viceris metum peſtis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

JOH. HOORNBEEK
DISSERTATIO, DE PESTE, THEOLOGICA.

Quam ſingularem in Tribu & filiis Iſaſchar prudentiam Sacra commendat pagina, quod eſſent rerum temporumque valde intelligentes יודעי בינה לעתים, unde ſapienter conſulere Iſraëli poterant, quid faciendum quovis tempore, quaque occaſione eſſet, 1 Chron. XII. 32. id quod Salvator in Euangelio vocat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

σημεῖα τῶ καιρῶν γινώσκειν, Matth. XVI. 3. Theologos, adeoque quidquid uſpiam ſapientum eſt, docet, pro temporum conditione & ſtatu tractare illa, & tradere, ſeu voce, ſeu ſcripto, quæ præſenti rerum uſui maxime ſint accommodata. Unde vel quando *doctrinæ* aliquod caput magis agitatum, vel *peccatum* regnans, aut quæ publica *calamitas* vaſtitatem adferet, Theologos præſertim in hæc aut illa, prout rerum vices ferunt, animatos armatoſque cumprimis, nec injuria, cernimus. Prout æquum eſt, uſui atque ædificationi, quam præſens poſtulat neceſſitas, inſervire nos noſtraque, ſive, quæ Scripturæ S. de Davide phraſis eſt, divino conſilio, in generatione noſtra. Act. XIII. 36. Id quod omnis ævi Doctores Scriptoreſque obſervaſſe comperimus. Quando, ut alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

præteream, ad annum Chriſti CCCXL. Conſtantii Imp. quarto, gravis terræmotus totum fere Orientem concuſſit, unde multas urbes everſas dirutaſque Hieronymo etiam annotatum in Chronico, Ephræm Syrus, orationem illã habuit *de terræmotu*, quæ in editione Voſſii exſtat, tomo primo. Sub Valente Imp. variis prodigiis cladibuſque affecto miſerum in modum Oriente, atque grandine inuſitatâ terram agroſque quaquaverſum, non Conſtantinopoli modo, ſed & in Cappadocia, atque alibi vaſtante, ad annum CCCLXVII. Gregorius Nazianzenus, patre præſente, at per luctum publicum tacente, elegantem habuit ſermonem, de *plaga grandinis*, ad populum quidem, ſed & Patrem directum, σιωπῶντα διὰ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης. Atque integro ante illos

ſæculo

eculo Cyprianus, peſte (quod ad
oſtrum argumentum propius
pectat) immani per totum fere or-
em, atque Africam graſſante,
nn. CCLVI. eximium ſcripſit atque
mmortalem *de immortalitate* Ser-
nonem. Gregorius Papa, quum
omæ peſtis atrox graſſaretur,
nno IↃXC. Sermonem habuit, qui
xtat lib. *Regiſtrorum* ejus XI. *cap.* II.
tque apud Gregorium Turonen-
em, *hiſtor. Francorum, lib* X. *cap.* I.
ic alii alia. Noſtro ævo quum
eſtis exorta ſtragem fecerit
orrendam, crebrius hoc argu-
nentum tractandum Theologis
uit: & tum quæſtiones, tum caſus
noti conſcientiæ, ad quos reſpon-
lere variis etiam in lucem editis
criptis oportuit. Inter epiſtolas
Franc. Junii, Profeſſoris Theolo-
gi in Academia noſtrâ vere incom-
parabilis, quique ex peſte obiit,
anno

anno cIↄ Iↄcııı. d. xııı. Octobris, aliqua, ni fallor ad ann. cIↄ Iↄ xcvı. hanc tractavit quæſtionem, ſeu caſum, *quid tempore peſtis agendum Miniſtro?* In idem argumentũ ſuas contulerint ſymbolas & ſcriptiones præſtantiſſimi viri, Beza, Rivetus, Voetius, quorum hac ſuper re Tractatus Typographo exhibui tertium nunc recudendos. Addidiſſem Wilhelmũ Zepperum, niſi Germanicè ſolùm extaret, & ipſa ſatis juſtum librum faceret ejus de *Peſte Commentatio*, quam præmiſit *Expoſitioni in Pſ.* xcı.

Rem equidem conſiderans, eam ſpecto à parte duplici, primum *Dei* immittentis peſtem; tum *hominis*, & ejus officia, quibus erga iſtam afflictionem excipiendam, & ſuſtinendam, vel alios etiam lue infectos gerere ſeſe debeat. *Quæſtiones* & caſus circa utrumque caput penſiculate diſtinxi & recenſui, addi-

to,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

o, ut fieri potuit, breviter ad ſin-
ula judicio qualicunque noſtro,
 reſponſione. Eſt quippe gravis
fflictio, quæ & *afficit* graviter, &
ficit vehementer, atque celeriter
terficit. Quæ quidem tria ejus
djuncta, & communia κεκτήεια.
Dei partes ubique ſunt ſupremæ.
s, pro naturâ & providentiâ ſuâ,
mnium quæ *fiunt*, ſupremus re-
tor eſt & gubernator, Matth. x.
9. 30. omnium malorum, ſeu *af-
lictionum*, in genere, Jeſa. XLV. 7.
Thren. III. 37. 38. Amoſ. III. 6.
leniquemorborum, & *peſtis* in ſpe-
ie, Levit. XXVI. 25. Exod. V. 2. 3.
Deut. XXVIII. 21. 22. II Sam. XXIV.
13. 15. Jezech. XIV. 21. Amoſ. IV. 10.
Neque alia ſuperior cauſa excogi-
tari poteſt, vel inferiores aliæ, abſq;
illâ, debẽt. Verùm quæri hic poteſt.
Qu. 1. *Mediatene*, an *immediate* peſtẽ
infligat Deus? cum cauſis & per
cauſas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cauſas inferiores, ac naturales, eas alterando, immutando, commiſcendo: an abſque iis? *Reſp.* Aliquando ſic, aliquando aliter. Poteſt hoc, & illo modo. Namque uti vitam & mortem Deus immediate inferre poteſt; vel mediate, ordine & cauſatione naturali: ita & morbos, & peſtem denique. Illam, quæ tempore Davidis tam brevi ſpatio, ab horâ matutinâ uſque ad prandium, inquit Joſephus, ſeptuaginta hominum millia; vel in exercitu regis Sanberibi centum & octoginta millia unâ nocte ſtravit, non per cauſas naturales atque ordinarias id effeciſſe, ſed immediatâ Dei manu, ſive per Angelum, S. hiſtoriâ teſtis eſt. II Sam. XXIV. 15. 16. II Reg. 20. 35. Peſtem verò fuiſſe quæ Aſſyrios ſuſtulerit, haud improbabilis eſt ſententia: quam & Joſephus ſequitur, λοιμικὴν νόσον appel-

ppellans, Antiq. lib. x. cap. 11.
Qu. 11. Quum gravis extra du-
ium hæc ſit afflictio, an verò cen-
nda ſit omnium *graviſſima? Reſp.*
ſt quidem ex graviſſimis, quod
: Dei comminationibus atque ju-
ciis, tum quoque hominum ſen-
conſtat; non tamen graviſſima.
uia nec primo illam loco Deus
onit inter mala, quæ commina-
ır; neque in optione eligere du-
itavit Rex, præ aliis, & plus divini
nſus eam comitari ſolet, quam
uidem afflictiones alias. *Hæc*
nim ſingulare id habet, quod ho-
inum animos promtius velociuſ-
ue ad Deum, divinaſque medita-
ones & curas trahat, quam aliud
uod malum, ubi fere in inferiori-
us moramur & cauſis proximis,
on ita ſtatim ad Deum uſque per-
imus, inque eo hæremus infixi.
Quod ibi eo facilius certiuſque ac-
cidit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

cidit, quo homines, ipſoſque adeo Medicos natura morbi hujus tantopere latet, neſcios, quo formam ejus certò ſint relaturi. Quod *occultum*, *divinumque* huic malo ſingulare eſt, præ quovis alio ſeu morbo, ſeu calamitate.

Qu. III. In communi & epidemicâ tali mortalitate quid judicabimus, utrum quod *pœna* ſit, an *caſtigatio?* notum quippe eſt differre illa, & quemadmodum malum diſtingintur in *culpæ*, & *pœnæ*; melius, in *culpæ*, & *afflictionis*, in genere; vel, in *turpe*, & *triſte*: ita hoc aliud eſt *caſtigationis*, aliud *pœnæ* propriè dictæ. Qui caſus inde movetur, quod cum peſtis iræ divinæ habeatur argumentum, ſub irâ Dei ergo hactenus eſſe nos, & agere, homines concludunt, & hinc quod mori adeo reformidant, putant ſe gravem habere cauſam. *Reſp.* Peſtilen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

entiam conſideras vel in ſe, *mate-rialiter*, atque ita eſt pœna, quem-admodum mala cætera, morbi, & mors: vel *ſubjective*, in homine, atque ita pro ſubjecti diverſitate, apud improbos pœnæ locum habet, piis autem & in Chriſto redemtis nequit aliter eſſe quam caſtigatio, non autem ſtricte ac formaliter pœna. *iis enim qui in Chriſto Ieſu nulla eſt condemnatio.* Roman. VIII. I. Diſtinctionem illam obſervat Clemens Alexandrinus, inter τιμωρίαν, ultionem, pœnam, & κόλασιν, caſtigationem, Stromat. VII. *Sicut à Magiſtro vel Patre pueri, ita nos caſtigamur à providentia. Deus autem non punit,* οὐ τιμωρεῖται. ἔστι γὰρ ἡ τιμωρία κακοῦ ἀνταπόδοσις· κολάζει μὲν τοι πρὸς τὸ χρήσιμον καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς κολαζομένοις. *Eſt enim punitio, retributio mali: caſtigat autem in bonum caſtigantium & communiter &*

pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

privatim. Ita ſæpe quod bonum in ſe eſt, propter ſubjecti malitiam in malum tendit, vel quæ corporalia, ut cibus, potus; vel ſpiritualia, ut Dei verbum, beneficia cujuſcunque generis, &c. ex adverſo iterum mala, in bonum tendunt, quando in bonos cadunt homines. uti R. Gamze dicere ſolitus, גם זה לטובה, *etiam hoc bonum.* Confer Rom. VIII. 37. 37. 38. 39.

Qu. IV. An peſtis ſit *contagioſa?* *Reſp.* Hoc jam tot argumentis, exemplis, atque experientiis comprobatum eſt, ut de eo dubitare velle, hominis ſit valde ignorantis; negare id, præfractiſſimi. Et quia ille error arripi ab aliquibus ſolet, quaſi in ſubſidium divinæ providentiæ, atque etiam temeritatis humanæ, non Medici ſolum, ſed & Theologi de eo diſputarunt, oſtenderuntque quam non ſit pro Deo uten-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tendum falſitate, uti Jobus loqui-
tur : *num pro Deo loquemini iniquita-*
tem , vel pro eo loquemini dolum? Job.
XIII. 7. Quaſi, vel magnas ſtrages
nequeat facere iſta afflictio, vel non
certò & mirabiliter ſervare homines
poſſit in mediis etiam ignibus Dei
providentia, quando ſerpente con-
tagio corripit alios, vel inficiendi
vi prædita eſt ea, de qua nunc agi-
mus, luës? aut quaſi repugnet di-
vinæ vel prædeſtinationi vel provi-
dentiæ, per cauſas agere inferio-
res atque etiam naturales? Quæ to-
ties diſcuſſa probataque ſunt ab
aliis, & docentur, ſciunturque,
paucis refragantibus, paſſim, ut
otio abuti velle videri poſſim, hiſce
ſi diutius immorarer.

Ad *ſecundam* partem pergo, quæ
hominis complectitur in hac re *of-*
ficia, ad quinque referenda claſſes,
primùm, num *fugere* liceat, vel opor-
teat?

teat? quod ſi conſulamus, jam mul-
ta quæ ſe alias offerunt, præcidi-
mus. uti, quod ſecundo loco ſe-
quitur, quo animo, quaque mente
erga imminentem peſtem affectos
eſſe deceat, quomodoque eam *ex-
ſpectare?* Tertio, & *excipere*, ubi jam
præſens, atque actu immittitur?
Quarto, quid erga *alios* peſte labo-
rantes officii noſtri ſit? Denique,
& quid erga *defunctos?* Ad quæ ca-
pita arbitror referri poſſe omnia,
quæ hic quæri ſolent, & tractari.

Maxima difficultas hæret in caſu
primo, de peſtis *fugâ*. Ubi ante
omnia notio, & nomen fugæ ſe
offert diſcutiendum. quod quum
ambiguum ſit, durumque, & vulgo
in ſequiorem partem interpreten-
tur, hic omittendum cenſeo. Ra-
tio, quia ejus non poſſit formari
una certaque definitio, in quam
omnes conſentiant. Quod ubi
con-

ontingit, omittendum nomen
:, ne perpetuâ ludatur ambigui-
te & captione. Saltem præſtat
certionem veritatis indagatio-
m, definiti nomen mutare, &
ud ejus loco ſubſtituere ac ſequi.
igere etenim animi affectionem
nnotare videtur, & arguere ti-
iditatem, oppoſitam fortitudini;
iod hactenus in vitio collocatur,
c fugam probari patitur. Verùm
ſque iſto animi probro diſcedas:
n hoc proprie fugere eſt. Malim
go *diſcedere* dicas, vel abire, de-
nare, aut ſi quod aliud ſignifican-
is, magiſque innocuum nomen,
iam fugere. Quam vocis hujus
nbiguitatem Beza etiam vidit, &
tavit.

Quamvis haud negem vulgato
ocis uſu, fugere quamcunque di-
eſſionem ſignificare, apud Au-
ores, tam ſacros, quam profanos.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Sed impræſentiarum, præter uſum vocis, rem ſpectamus præcipue, imo unice, cujus gratia vocem ambiguam duramq; meliori commutandam haud injuria exiſtimamus. Præſertim ſi etiam ad vulgarē fugiendi ſenſum acceptionē reſpiciamus in hac quæſtione, ubi ad nomen fugæ non vulgus ſolum, ſed & alii paſſim offenduntur.

Hoc ad vocem; ſed neque ita factum adhuc ſatis: cenſeo quippe, totum quod hic quæſtionis eſt, fugere aut diſcedere liceat, non expediendum ipſâ ſtatim reſponſione, & ſive affirmatione quæſtionis, ſive negatione: ſed, Theologice quoniam agimus, & de caſu conſcientiæ, incipiendum ab hominis *animo*, eumque primùm adverſus affectuum intemperantiam firmandum, formandumque eſſe. Quandoquidem, ſive tandem pronun-

nuntiaturi ſimus pro affirmativâ, ſive negativâ, impatiens & meticuloſus ſupra modum animus ſemper peccat, & ſiquidem fugæ cauſa, ante omnia curandus; quo neglecto, quamvis diſcedere forte liceat, tamen reſpectu animi iſtius tui non abſque peccato diſcedis. Ut ab hac conditione & reſponſio pendeat quæſtionis, & recta conſcientiæ informatio. Inſtruam ergo primò hominis animum, qualis hic eſſe debeat, & tum de quæſtione reſpondebo, niſi ſic ipſe ſibi reſponſum jam præformaverit: adeo ſi non totum, præcipuum certè negotii hujus, inde dependet. Quod ſi verò omiſſo illo reſponderis ſtatim & ſimpliciter, diſcedere tali caſu licere, putant homines hoc ſibi integrum eſſe, quovis modo; quod haud ita tamen. Si caveris primùm animo, non ambigua ſe-

quitur concluſio: quique diſcedit, quavis aliâ ex cauſa hoc facit, quam ex qua vulgo hic peccare ſolent homines & offendere. Ergo hinc inchoandũ in cõſilio & reſponſo, ſive cum homine qui ſerio interrogat.

Cæterum ad ipſam rem ſeu quæſtionem, quaſdam præmittimus primùm *Diſtinctiones*, inde *Concluſiones*, ex quibus *Deciſio* propoſitę quęſtionis tum per ſe ſequitur. Atque illas quod attinet, quum ad duo in hac quæſtione reſpiciamus, *objectum* fugiendum ſeu evitandum; & *ſubjectum*, ſive eum qui peſtem declinat: *diſtinguimus* 1. *objecti* ratione, *malum* in ſe, neque enim peſtilentia in genere bonorum eſt in ſe conſiderata, ſed malorum; tum in malo, Dei *judicium*. Illud ad nos, hoc ad Deum; ad cauſam efficientem iſtud, illud ad ſubjectum; ad ſenſum illud noſtrum, iſtud ad men-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nentem aut ſpiritum propius ſpectat. II. Devitatio eſt, vel *loci* peſte infecti, vel etiam *perſonæ*. III. In ſecedente ſeu ſeceſſione, præter *corporalem* abitionẽ, conſideramus imprimis affectionem, quomodo dictum, *animi*, quâ id demum fiat. IV. Affectionem *naturalem*, ſive indolem & ſenſum naturæ, cum erga quævis mala, tum peſtem; & *ſpiritualem*, quę naturam & naturalia excedit, regulat, ſupplantat, quamvis non exuat. Etenim homo ſpiritualis non juxta naturam & carnem ſuam vivit, ſed ſecundùm ſpiritum, qui naturales affectiones domat, & ſua luce ac ardore, quomodo Sol minora ſidera, obducit & extinguit quaſi.

Nunc ita *concludo*. I. Malum, uti eſt, *nullatenus optandum* vel cupiendum. II. Ergo *deprecandum*. III. Denique etiam *devitandum*.

nempe juſtis id modis. Nemo, quod ſciam, illis reluctari poteſt, fundantur etenim in naturâ mali, atq; ejus averſione naturali. Uti enim in reliquis malis, morbo, fame, bello, quibuſcum peſtis fere jungi ſolet, quæ hic non differunt, niſi ut magis & minus, fas omnino eſt declinare, & quibus modis ſeu remediis curare illa atque avertere: ſic quid ni & peſtem? Quod ad agendi modum & conditiones requiſitas; non minus ibi illæ obſervandæ, quam hic.

Magis dubium videtur, an illa, non ſimpliciter quâ mala & naturæ inimica, ſed etiam qua Dei *judicia* devitare liceat? Nempe, ut *indigneris* animo, Deum judicem eſſe, vel viſitare iſto pacto hominum peccata; vel ut *reluctéris*; atque tacite quaſi ea *eludere* ſatagas, tui ſubductione & fugâ, nequaquam licet. adeo iterum

um ad animum recurritur, cujus
n hac deciſione præcipuæ ubique
partes: ſed verò animo rite com-
poſito, ut vel imminentia devites
fulgura, neque iis audacter te ob-
jicias, vel immiſſa tela tibi extrahi
cures, & ſanari te, nihil juſtæ pa-
tientiæ vel fortitudini derogat; ſed
mo prudentia imperat, tibi ut ne
quoquo pacto deſis. Nam ſive te
ereptum Deus cupiat, & mediis in
iquis, cum Noâ, vel communi pa-
triæ incendio ſervatum cum Lotho,
aut ex lethali etiam morbo ſana-
tum, cum Hizkiâ, media quæ ad
manum & divina ſuggerit provi-
dentia, arripienda, per quæ iſti in-
ſervias, & vel illæſum, vel libera-
tum te cupiat Deus, tibi certe ex-
plorandum eſt. Media nempe ſint
juſta atque legitima. Quæ contrà
ſi negligas, imprudentiæ, temeri-
tatis, atque tentationis Dei meritò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

accuſaberis. Neque enim, *media*, eorumve uſum à *providentiâ* Dei ſegregandum eſſe; vel *occulta* Dei decreta, revelatæ actionum noſtrarum regulæ *legique* intercedere aut præſcribere, religio nos docet.

In declinandis Dei judiciis & peſte, quum ad animum tota fere rei quæſtio deferatur, hoc ſemel explicandum, & quidni hoc loco, antequam plene decidamus propoſitam de fugâ vel ſeceſſione difficultatem? quamvis poſt eam, quæſtionem illam retulerimus: ſed & hujus loci eſt iſtud ſcire, quem, qualem *animum* probemus, vel culpemus.

Quare 1. *quæro*, quid *animi* eſſe nos deceat erga imminentem calamitatem & peſtem, quando ei obviamus & opperiri eam cogimur? Namque alia erga futuram & inſtantem, alia erga præſentem & incum-

ncumbentẽ tibi afflictionem pie-
tatis ſunt officia. Atq; illic quidem,
lia *præcognoſcere* oportet, *curare* alia:
quippe ex intimâ praxi petenda
hæc ſunt. Illud eſt, ut hujus *vitæ*
afflictionum ſciamus *conditionem*, *ne-*
ceſſariam, *communem*, & *utilem* omni
modo. Εἰ δέον ἐστί, ſi neceſſe ſit, in-
quit Petrus, *parumper* (*ſi neceſſe ſit*)
triſtati variis tentationibus. 1 epiſt.
1. 6. *Communem* illam hominum
fideliumque conditionem multa
docent. Job. VII. 1. & XIV. 1. Hebr.
XII. 6. 78. eademque & *uſum* affli-
ctionum, Hebr. XII. 10. ὁ δὲ ἐπὶ τὸ
συμφέρον.

Quæ autem *curare* nos, nobis
oporteat, animoque noſtro, hæc
ſunt. 1. Ut ſimus in *ſtatu gratiæ.*
Quærere ante omnia regnum Dei,
ejuſque juſtitiam. Matth. VI. 33.
Deinde, atque in *fide* eſſe, & vitâ
fidei. Juſtus enim ex fide ſuâ vivet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Rom. I. 17. Epheſ. VI. 16. Tertio, illorum apud nos *certos* eſſe. II Cor. XIII. 5. Denique inſtructos *ſapientia* crucis, quæ iſtam ferre commode & patienter doceat. de quâ accipiendum illud Jacobi I. 5 *ſi quis egeat ſapientiâ*. quod & hinc communiter quoque de quavis ſapientiâ intelligere licet.

Qu. II. Quo animo admittere, *excipere* jam præſentem afflictionem, atque adeo peſtem? *Reſp.* Omnia dixeris, ſi *patienti*. Sed virtus hæc ex eorum genere eſt, quæ magnam habent latitudinem & gradus varios, ſuumque ἔργον τέλειον, Jac. I. 4. Quare diſtincte eundo per ſingula, & applicatione facta ad præſentem quæſtionem, primum eſt, ut *animus* divinæ viſitationis & manus habeat ſenſum, ne ſit ἀναίσθητος, durus, pervicax, pati, percuti, aut flecti neſcius. Quam Deus contuma-

umaciam graviſſimè execratur, & nerito. Jeſa. I. 5. Jerem. v. 3. Prov. xIII. 34 35. Jeſa. XLII. 24. 25. Exod. III. 15. & IX. 34. II Chron. XXXVI. 3. quamque ἀναλγησίαν & ἀπάθειαν leteſtatur quoque apud Aulum Gellium Taurus philoſophus, quantumvis Stoicus. *lib.* XII. *cap.* V. Deinde, ut animo peſtem aliaque excipiamus *humili.* ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ. I Pet. v. 6. & Jac. IV. 10. II Chron. VII. 14. Deut. VIII. 3. Dan. IV. 37. & V. 22. Sam. III. 18. Tertio, cum æquanimitate & αὐταρκείᾳ ſeu *contentatione* illa, quam teſtatur Apoſtolus, Phil. IV. 11. 12. Job. I. 21. Marcus Antoninus, lib. x. de ſeipſo, §. 16. *omnia danti & auferenti naturæ, is qui bene inſtitutus eſt & verecundus, dicit,* δὸς ὃ θέλεις· ἀπόλαβε ὃ θέλεις, *da quod vis, aufer quod vis. Neque hoc audacia elatus dicit, ſed obediens & bene volens.*

IV. quin *gratanti* animo accipere etiam mala & afflictiones oportet. Jac.I.2. Hebr.x.34. Pſalm. cxix.71. Rom.v.2.3 *Chriſtianus etiam damnatus, gratias agit*, inquit Tertullianus in Apologetico. & lib. de Patientia, *quin inſuper gratulari & gaudere nos decet, dignatione divinæ caſtigationis. Ego, inquit, quos diligo, caſtigo. O ſervum illum beatum, cujus emendationi Dominus inſtat, cui dignatur iraſci, quem admonendi diſſimulatione non decipit.* Unde Cypriani illa vox, quum ad pronunciatam à Judice ſententiam hanc, *Thaſcium Cyprianum gladio animadverti placet*, reſpondit, *Deo gratias.* Digna Deo, digna Martyre ſacra antiphona. Chryſoſthomus, homil. VIII. in Coloſſ. *nihil hac linguâ ſanctius, quæ in adverſis Deo gratias agit. Certe non inferior eſt linguâ Martyrum: utraque pariter coronatur.* Atque ipſe de ſe, in Epiſtolâ ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ad Cyriacum: *Etenim ego cum à civitate fugarer, nihil horum curabam, ſed dicebam intra memetipſum: Si quidem vult regina me exulem, agat in exilium. Domini eſt terra & plenitudo ejus. Et ſi vult ſecare, ſecet. Idem paſſus eſt & Eſaias, ſubſcribam illi. Si vult in pelagus mittere, Ionæ recordabor: ſi vult in caminum injicere, idem paſſi ſunt tres illi pueri. Si me feris vult objicere, objiciat: Danielis in lacum leonibus objecti recordabor. Si me lapidare vult, lapidet me: Stephanum habeo primum martyrem ſocium. Si & caput tollere vult, tollat: habeo ſocium Ioannem Baptiſtam. Si & ſubſtantiam auferre, auferat. Nudus exivi de utero matris meæ, nudus etiam abibo.* De Mauritio Imperatore hiſtoriæ conſtanter referunt, eum ad ſuam, ſuorumque, qui ante ipſum, juſſu Phocæ trucidabantur, necem, piam hanc vocem, eandemque ſemper emiſiſſe, *juſtus es Domine, &*

rectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rectū judicium tuum. Quomodo apud Judęos celebratur familia *ſanctorum* vel ſanctificantium Deum קדושים, eo quod in omni etiam adverſitate atque perſequutione indeſinenter laudarent Deum, כי בכל השמרית קדשו את השם. Ad verba illa & exemplum Chryſoſthomi, non poſſum non meminiſſe beati Martyris Bradfordi in Angliâ, temporibus Marianis, ſimiliter ferè reſpondentis, *quod ſi Regina vitam mihi concedat, referam ei gratias. Si me agere in exilium volet, agam gratias. Si comburere, agam gratias. Si ad perpetuos carceres condemnare, agam gratias.* Atque ejuſmodi in hiſtoria omni exempla ſunt complura. V. *Forti* animo excipere afflictiones & ſuſtinere. quod eſt τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνίζειν. I Tim. VI. 12. & II Tim. IV. 7. Notum illud Auguſtini, *Domine hic ure, hic ſeca, modò in æternum parcas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ercas. VI. Et ſide & *fiducia* in divi-
ıs recumbente promiſſiones, prę-
rtim iſtam 1 Cor. x. 13. *Fidelis eſt*
eus, qui non ſinit vos tentari ſupra quod
teſtis, verùm cum tentatione faciet
iam exitum, ut queatis ſuſtinere. De-
ique ante omnia metu *mortis* ani-
ıus liberandus: quæ quando ma-
ɔrum male videtur eſſe cumulus,
inc ejus formidine tantopere ho-
ıines laborant, & de fugâ ſunt ſol-
citi. Opponi iſti debet Hebr. 11.
4. 15. quod Chriſtus contrivit τὸν
ὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου. & rede-
nit illos qui metu mortis διὰ παν-
τὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. aliaque
nulta hunc in finem facientia. Tali
ergo animo decet affectos arma-
ɔſque eſſe ad omnis generis affli-
ctiones, atque ad peſtem, tum ex-
cipiendam, tum ſuſtinendam. Un-
de nec tanta nos vexabit moleſtia
ın quæſtione de fugâ peſtis, aut
mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

movendâ, aut ſolvendâ. Nam plerumque oritur ea ex animo non ſatis ad mala, ad mortem præſertim, parato. Quam miſeri homines fugâ evadere poſſe, vane autumant. Sin aliter, nec de fugâ admodum erunt anxii, nec hac certe parte fuga erit, quod ſi forte etiam ſecedant. Fuga etenim ex animo præcipuè æſtimatur: prout eum formido agitat; non prudentia moderatur. Diſcrimen accipe manifeſtum in milite. Quære, num fugere ei liceat? clamabunt omnes, nequaquam. An ſecedere aliquando? & ipſi Duci. nam hoc prudentiæ perſæpe, & juſtitiæ eſt, ſic ut conſulas cauſæ, tuiſque. Forti ſemper animo decet eſſe militem, decet Chriſtianum, quia & hic miles eſt, pluresque & graviores cauſas habet fortitudinis ſuæ, quam alius quiſquam. Fortitudo autem ter-
rorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

orem domat & expellit. Suntque um in finem redemti à Chriſto fi-eles, ut ἀφόβως Deo ſerviant. Luc. 1. 74. Sed nec ſecedere militi icet, quovis modo, non ſtationem eſerere. Sic nec mala, aut peſtem leclinare Chriſtiano, cum voca-ionis ſuæ neceſſariæ detrimento.

Diſtinximus antea in devitatio-ne peſtis, *locum* infectum, & *perſo-nas*: peſtem enim quum declina-mus, eam non in æthere latentem aut vagam, ſed vel certo in loco, aut perſonis ſe exerentem reſpici-mus. Hic autem has tenemus con-cluſiones.

Concl. 1. *Locum* deſerere, quam-vis peſte tactum, cui neceſſario *vo-cationis* vinculo alligatus ſis, ſive ipſi, ſive hominibus aut ſocietati ibidem agenti, non licet. Verbi gratia, urbs tibi defendenda, aut caſtellum, aut domus, ſive eam

jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

jam ante peſtis invaſerit, ſive poſtmodum, proprio arbitratu derelinquere non potes. Vel præter locum, ſi commoretur ibi exercitus, populus, eccleſia, ſchola, familia, ingruente peſte, haud ideo licet militi exercitum, Magiſtratui ſubditos, Miniſtro eccleſiam, Magiſtris Scholam, Parentibus familiam, quæ & quamdiu ibi locorum hæret, deſtituere: quibus ſocietatibus ſinguli per officium, per id quod dicuntur, adſtricti ſunt. E contra ſi plane ſis liber, & tui juris, neque iſti loco magis adfixus, quam alteri, ut tu loco, locus, & qui ibi homines vel ſocietas, te carere, abſque ullo diſpendio, quod præſtare tenearis, poſſint, ſecedere integrum eſt. uti ex conclavi infeſto, in aliud tutius ſalubriuſque, ſic & in alias ædes, & quid ni quoque in aliam civitatem te recipere, ubi

locum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ocum variare ſanitatis ergo con-
editur, nec te cogit ulla ratio ſub-
ſtere in loco minus puro. Quin
ui manibus victum quærunt,
uando per peſtem operis deſti-
uuntur, coguntur abire, atque
libi vitam tolerare, nacti hic, quo
e & familiam ſuſtentent, laborem.

Concl. II. Similiter pronuntian-
um de *perſonis* peſte infectis, deſe-
endis, aut non. Videlicet, ubi il-
s iſta neceſſitate vel *ſanguinis*, vel
micitiæ, *officiive* es devinctus, ut te
arere, & abſque tua neceſſaria
perâ agere nequeant, manendum
tique eſt, iiſque faciendum, quod
ibi fieri velis. Aliter, ſi tuâ non
eceſſario egeant præſentiâ aut
uxilio, aliique adſint ſatis, ut tua
el non neceſſaria, vel ſuperflua
ſſe poſſit opera, ſuperſedeas licet.

Jam ut tandem ad quæſtionis
ropoſitæ *deciſionem* veniamus, re-
ſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſpondemus, ſub triplici cautela vel diſtinctione, ſecedere peſtis tempore licere, cautione aliâ ad *Deum*, ad *animum* tuum, & *vocationem* vitæ neceſſariam. Id eſt, ſecedere non licet, quaſi Deum aut ejus manum, aut judicium opineris effugere te aut poſſe, aut debere, vel ac ſi ei ſubtrahere te liceret aut furtim te *ſubducere* Quę tamen multorum hac in parte videtur eſſe perverſa atque mala perſuaſio. Deinde, nec animo *meticuloſo* abire: nam utcunque abitio non poſſit improbari, talis tamen animus peccato haud caret, fortitudini, atque ἀφοβίᾳ Chriſtianæ contrarius. Denique ubi te neceſſaria ad locum *vocatio* aſtringit, ut non tuo arbitratu, ſed alienâ voluntate alligatus illi ſis, abſque eorum conſenſu, à quibus vocatus in illum locum, atque ad eam provinciam es, ut ſi ſervus, ancilla, mi-

les,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

s,Paſtor,&c. juſtas ob cauſas reti-
ente ſervos familiâ; exercitu, urbe
ilites, Paſtores, &c. abire illis, &
eſerere functionem ob periculũ
aud licet. Contrà, ſi non *opinione* a-
aris malâ *aufugiendi* Deum, nec *me-
u* malo, nec *vocatione* neceſſaria re-
raharis, ego non video quare non
iſcedere tibi, & declinare locum
eſtilentiâ afflatum liceat. Dico
ceat, neque enim putandum, quod
beas ſecedere, vel Deum dicendus
is *tentare*, ſiquidem nullâ animi te-
meritate, ſed debitâ erga Deum,
jusque manum reverentia, & ex
conditionis tuæ contentatione,
maneas. nequaquam. Multis, nul-
a neceſſitate retentis, ut qui-
dem hac ex causâ diſcedendo
non peccent, longe tamen ſalu-
tarius eſſet, illo loco manere,
multis validiſque argumentis ad
pietatem ducente & movente, qui
una

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

una cũ loco iſtam quoq; deſeruiſſe, optimamque ſui convertendi & ſalvandi occaſionem, videri poſſint.

Quare & diſcedentibus aliqua præſcribenda ſunt, ne prætextu eo liberius aut facilius peccent. Quippe caſum tractamus conſcientiæ. I. ne abeant *voluptuandi* cauſa, hunc nempe in finem, quia quum in loco λοιμικῷ non ſuppetat occaſio helluandi, luxuriandi, & carnalia quæcunque ſectandi, ideo locum alium quærant, ne quid ſcilicet carni & voluptatibus depereat: quod profanum omnino eſt, & in Deum, per ejuſmodi calamitates ad meliorem vitam ac ſalutem nos vocantem, admodum probroſum. II. Quinimo quamvis abeas, *affligas* oportet te nihilominus, haud minus reum communium iſtorum malorum, ac alii; & te humilies, æque ac ſi præ-
ſens

ns eſſes, quin eo magis, quo im-
unem te putas, magiſque ſal-
um. III. Atque laborantes inte-
m fratres, concives, amicos, *ju-*
s tamen quocunque modo, &
ecibus, & *conſilio*, & *eleemoſynis*, ne-
ue illos deſtituas.

Similis prorſus caſus eſt fugæ,
u ſeceſſionis in *perſequutione*: ad
uem nec aliter reſpondemus:
t ne metuas pati pro Deo, pro
eritate; nec tibi perſuadeas,
)eum ejuſque manum devitare te
oſſe aut debere; neque vocatio-
em deſeras: iſto caſu quin ſece-
lere liceat, non repugno: aliàs ne-
go. Neque illud tamen ullâ ratio-
ne vel iis qui manent, vel qui ſe
obtuliſſe perſequutioni & marty-
rio leguntur, præjudicium facit.
Quomodo Polycarpum Smyrnen-
ſis eccleſia, apud Euſebium, *lib.* IV.
ap. XIV. refert, quod poſtquam ali-
quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

quoties, precibus & conſilio fratrum ὑπὸ τῆς τῶν ἀδελφῶν διαθέσεως καὶ στοργῆς ἐκβεβιασμένος, hoſtium declinaſſet inſidias, tandem conclavi, ex quo facile etiam in ædes alias proripere ſe potuiſſet, exire noluiſſe, ſed de gradibus ſponte obviam iviſſe perſequutoribus, iiſque menſâ appoſitâ primum humaniter exceptis, ſeipſum tradidiſſe lubenti conſtantique animo. Atque tales in Eccleſiâ plures quocunque tempore extiterunt.

Tertullianus quidem in illa fuit ſententiâ, nequaquam fugiendum eſſe. Quare rogatus à Fabio, hac ſuper re, (*problema* ipſe appellat) librum conſcripſit, *de fuga in perſecutione:* quo, quia perſequutio à Deo immittitur, atque in bonum cedit Eccleſiæ, negavit ſimpliciter, fugiendum ullatenus eſſe. *Igitur ſi conſtet,*

nſtet, inquit, *a quo perſecutio eveniat, ſſumus jam conſultationem tuam incere, & determinare ex hoc ipſo peractatu, fugiendum in perſecutione non ſe. Si enim perſecutio a Deo evenit, ullo modo fugiendum erit, quod à Deo venit. Sicut duplex ratio dependet, quia eque debeat devitari, neque evadi poßit uod à Deo evenit.* Verùm hoc arumentum ſi obtineat, jam nihil n rerum naturâ, quantumvis maum, fædum, horrendumque, deitare licebit, quia quodcunque à Deo provenit, ut ſupremâ causâ & moderatore. neque licuerit vel Prophetis olim, ut Davidi, Eliæ, Elizæo, vel Apoſtolis, aliiſve Chriſtianis declinare & devitare furores adverſariorum, & inſidias malaque quę ipſis parabantur. Quod ſi hoc ſolum voluiſſet Auctor, non fugiendum eſſe in perſecutione, quaſi vel fuga eſſet neceſſarium reme-

remedium, aut unicum, vel ubique & quovis modo omnibus tentandam fugam, aut ex metu malo, *ad velamentum timiditatis*, uti loquitur, nemo ei admodum refragaretur, quin *potius noſtrum* eſſet, *ſtare ſub Dei arbitrio, quam fugere ſub noſtro*, uti egregie etiam dicit. Verùm quia Chriſtiani, paucis reclamantibus, fugiebant etiam perſequutiones, ut ſalvâ fide & conſcientiâ poterant, modo ne vel detrectarent, ubi opus, graviſſima quoque martyria, neque vel *traderent* Scripturas, aut *laberentur*, non adeo ille Tertulliani liber in pretio vel pro regulâ habitus fuit. Quin & quia in hoc haud ſemel paracleti meminit & enthuſiaſmi Montanici, iſtum librum inter illa Hieronymus recenſet, quæ adverſus Eccleſiam contexuit.

Magnus Athanaſius, quando inſidias & irruptionem Arianorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rum fugiſſet, propterea que ab ipſis Arianis ignaviæ timiditatiſque argueretur, Apologiam pro ſe ſcripſit, & fugâ ſuâ: ubi docte ſolideque oſtendit, quomodo tali in caſu ſecedere liceat, & fruſtrare perſequentium vota ac furores. Ariani, duce Syriano, in ædem ſacram, armatâ & copioſâ quinque millium manu, nocte, qua populus ad proximam ſynaxim, in orationibus pervigilabat, involarant, ſtrictis enſibus, jaculis & fuſtibus Athanaſium petentes, qui nihil perterritus, & populum neutiquam deſerendum ratus, in cathedra manebat ſedens, juſſoque Diacono recitare Pſalmum: *quoniam in ſeculum miſericordia ejus*, populum abire voluit, qui relicto in hoſtium manibus Epiſcopo, ſecedere recuſavit, clamaveruntque tam ex clero quam populo reliqui, ille ſe ſub-

 duce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

duceret primũ, qui ex adverſo niſi omnibus ad unum prius dimiſſis, receſſurum ſe pernegavit. Quare abeuntibus aliis, monachi & clerici præſentes illum ſecum abripuerunt, ſalvumque ac incolumem per ipſorum militum catervam abduxerunt. Quum vero, inquit, *divina providentia nos ita mirabiliter ex hoc periculo eripuerit, quis mihi id jure vitio vertendum putet, quod non ultro me in manus quærentium rejecerim, aut remenſo itinere me eorum oculis ingeſſerim? Id enim eſſet plane ſe ingratum Deo præſtare, & præter ejus mandatum agere, & cum actis Sanctorum pugnare.* In eximia illa ſua Apologiâ, elegantiſſime complexus fuit quæcunque fere in hanc cauſam dici poſſint. Atque uti nos in principio quæſtionis diſtinximus, in fugâ animi timiditatem, quam improbandam ſemper diximus, ita & ille pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

pro crimine habet, quod Ariani ſibi propterea timiditatem δειλίαν exprobrabant. Sic ſe fugiſſe ait, ut interim ubi voluntatem perſpiceret divinam, quæ cum ad necem vel martyrium poſtularet, gratiſſimo animo non ſequi, ſed offerre ſe paratus eſſet. Qua ratione de illis reſpondet, qui hoc feciſſe dicuntur, *Quapropter ſancti (quemadmodum dictum eſt) fugientes ſeſe occultabant, & per diſpenſationem ut medici in uſus indigentium reſervabantur.* Re-*liquis autem & in univerſum omnibus ea propoſita lex eſt, ut fugiant, dum perſequutionibus appetuntur, & occultent ſeſe, dum quæruntur, neque præcipites temerariique ſint in tentando Domino, ſed expectent (quemadmodum dixi) donec definitum moriendi tempus advenerit, aut judex ille aliquid de iis, quod ſibi rectum videatur, conſtituerit, ſed tamen nos ſemper paratos eſſe voluit, ut*

vel vocante tempore, vel apprehenſi pro Eccleſia uſque ad mortem dimicemus. Hæc & beati Martyres, temporibus perſecutionum obſervaverunt, iidemque quamdiu in latebris erant, ſeſe obdurabant. Vbi autem inventi eſſent, martyrium obibant. Quod ſi quidam ex iis ſe perſecutoribus dedidere, non temeritate eo rapiebantur, ſed paſſim apud omnes profitebantur à Spiritu Sancto hanc promtitudinem, ſuique oblationem profectam eſſe. Valde bene, quod quamvis pro fuga aut ſeceſſione ſua apologiam inſtituat, tamen non temere de illis judicet, qui ſe leguntur ultro aliquando perſequutoribus obtuliſſe, exiſtimans, nos ex æquitate ſic ſtatuere debere, illos ſingulari Spiritus inſtigatione potius motos, quam ex vanâ imprudentia vel temeritate ſic egiſſe. Quemadmodum & prædeceſſor ejus Petrus Alexandrinus, haud abſimiliter reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

reſponderat in Canonibus pœnitentialibus, *Can.* IX. cum iis, qui ad certamen, ſeu obeundum martyrium ſponte proſiliunt, communicandum etiam eſſe, quia cenſerentur in nomine Chriſti ad id veniſſe, quamvis ejus verba non viderentur ſatis, inquit, animadvertiſſe, non intrandum eſſe in tentationem, aliaque ſeu monita, ſeu exempla, quæ ibidem adducit pro juſta declinandarum perſequutionum malorumque cauſa. *Timiditatem* deteſtatur Athanaſius, quæque ex eâ ſuſcipitur, fugam: ſed & bene etiam ex alterâ parte, *temeritatem*, quæ duæ hac in materiâ ſunt extremitates, hinc inde cavendæ. Neque enim eſt ut nimium metuas mala, vel ut iis inconſulto & nullâ causâ te ingeras. οὐ γὰρ δὴ διὰ δειλίαν ἔφυγον. μὴ γένοιτο. *non enim præ timore fugerunt*, loquitur de ſan-

ctis qui aliquando fugâ ſibi conſuluerunt, *abſit, quinpotius fugam habuerunt pro palæſtra & meditatione adverſus mortem. Duo hæc pariter obſervarunt, & quidem conſulto, ne ſeſe periculis objicerent, neque cum crimine ignaviæ, quaſi ignavi timidique, exilii ærumnas, morte graviores, exhorrerent.* Quin, & quemadmodum antea nos diximus, ἀναχώρησιν *ſeceßionem* mavult appellare fugam tum ſuam, tum ſanctorum illam, quamvis vulgari fugæ nomine utatur etiam, ad declinandam, quæ in fugacitate, invidiam. De aliis loquens, οὐδὲ γὰρ ἀντὶ ῥαθυμίας εἶχον τὴν ἀναχώρησιν, ἀλλὰ καὶ μείζονα πότε τὸν τόνον τῆς ἀσκήσεως ἐπέτεινον, οὐδὲ κατεγινώσκοντο φεύγοντες, οὐδὲ κατηγοροῦντο δειλίας παρὰ τοιούτων. *neque enim per animi ignaviam ſeceßionem inſtituerunt, quin potius ut ſe intentiori traderent aſceſi, neque fugacitatis condemnabantur, ne-*

que timiditatis propterea accuſabantur. De ſc, ſub finem, Καὶ γὰρ τοιοῦτος ὁ τρόπος τῆς ἀναχωρήσεως ἡμῶν γέγονε, *atque illa quidem ratio fuit ſeceßionis noſtræ.* Pro quâ ſic inter alia argumentatus fuit : *ſi vituperant eos qui ſeſe, dum ad necem quæruntur, occultant, & calumniantur eos, qui vitant perſecutores, quid, quæſo, facient, quum viderint Iacob à fratre ſuo Eſau fugientem* φεύγοντα*? Moſemque ad Midianitas, metu Pharaonis ſecedere* ἀναχωροῦντα*?* φυγὴ ſimpliciter ei eſt ἀναχώρησις. *aut quid iſti, qui hujuſmodi garriunt, reſpondebunt Davidi è ſuis ædibus Saulem ob percuſſores ſubmiſſos fugienti, & occultanti ſe in ſpelunca, faciemque immutanti, quoad evaderet Achimelechum, & inſidias declinaret? aut quid dicent iſti qui ubique temere deblaterant, ſi videant magnum Eliam,* ἐπικαλούμενον μὲν τὸν θεὸν καὶ νεκρὸν ἐγείραντα, (quod non eſt, uti ha-

bet Nannii verſio, *Deum nominatum, & mortuos excitantem*, ſed) *Deum quidem invocando mortuum excitantem, ſeſe abdere propter Achab, & profugere ob minas Iezabel, quo tempore etiam filii Prophetarum quæſiti ad necem, ſeſe in ſpeluncis apud Abdiam recluſerunt? forſitan nec de iſtis, ut nimis priſcis quidquam legerunt, neque quæ in Euangeliis ſunt, meminerunt. Sed quid? unum hoc ignorant, & diſcipulos ob metum Iudæorum latebras & receſſus quæſiviſſe? & Paulum Damaſci in ſporta è manibus demiſſum fuiſſe, dum a gentis præfecto quæreretur? Quo animo, quæſo, iſta de Sanctis legunt? aut quem ibi prætextum ſuæ temeritatis reperire poſſunt? ſi enim timiditatem exprobrant, furunt: ſin contra Dei voluntatem feciſſe arguant, prorſus Scripturas ſacras calumniantur.* Atq; de Chriſto ſimiliter exempla profert, quando ſeu Herodē, ſeu Archelaum, aut Judæos reli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

eliquos haud ſemel fugiſſe, in Sacrâ
uangeliorũ hiſtoriâ, legitur. Unde
ro fuga vel ſeceſſione ſuâ, Ariano-
um calumniis abunde reſpondit.
Quod ejus factum cum alii, tum
Auguſtinus poſtea probavit, in
piſtolâ ad Honoratum.

De Marco Arethuſio Nazianze-
nus refert, στηλιτ. α. quod poſt-
quam primò, non ex timiditate
(malè contrarium interpretatus
eſt Pirckheimerus, *ob animi puſillani-*
mitatem, quum in Græco ſit, οὐ δι᾽
ἀνανδρείαν μᾶλλον, ἢ φεύγειν ἐκ πό-
λεως εἰς πόλιν κελευούσαν ἐντολὴν.)
ſed prudentiâ, propter præceptum
dicens fugiendum eſſe de civitate
in civitatem, furorem Gentilium,
quorum demolitus fuerat tem-
plum & idola, declinaſſet, videns
autem alios hinc malum accipere
exemplum & deficere, alios verò
in pericula quævis incidere, conſi-

lium cepit, quod valde deprædicat Nazianzenus, revertendi, *βουλὴν ἀρίστην τὲ καὶ φιλοσοφωτάτην.* quare ex fugâ rediit, furentique populo & perſequutoribus lubens ſeſe tradidit, factuſque eſt Chriſti martyr *ἀθλητὴς ἐθελοντὴς*, athleta ſpontaneus, quamvis indignantibus aliis, & magis *παραφρόνησιν ἢ ἀνδρείαν*, imprudentiam, quam fortitudinem interpretantibus. Cui applicari debet, & ſimili caſu aliis ex bono animi zelo ſeſe offerentibus periculo perſequutionis, peſtis, aut ſimilium, id quod modo Athanaſius dixit, boni ſpiritus motionem in illis credendam, quam ut temere quidpiam judicemus.

Clemens, qui dicitur, Romanus, lib. v. Conſtit. cap. VII. docet, *quod non debet fidelis ſe periculis exponere, neque propter ignaviam timere, ſed cautè fugere, & ſi in diſcrimen incidat,*

t, certare propter repoſitam coronam.
a eſt argumentum capitis: in ipſo
atem ſic loquitur; *quare ne ſimus*
mis promti, neque ad pericula præcipi-
s: inquit enim Dominus, orate, ne in-
etis in tentationem, ſpiritus quidem
omtus eſt, caro autem infirma. Quod
tempus incidat, ne deturpemus ignavia
ofeſſionem noſtram. Atque ita hoc
n negotio, ſive agatur de fugâ per-
equutionis, ſive peſtis, nam eo-
em modo ad utramque quæſtio-
em reſpondendum, & quæ ibi
icta hic commode applicari poſ-
unt, cavenda temeritas, ut ne in
ericula te ingeras, nulla urgente
eceſſitate; neve formides etiam,
bi vel ad mortem vocaris ſuſti-
endam.

Hinc eſt quod reverendus vir
Georgius Abbotus, Cantuarienſis
Archiepiſcopus, in *Explicatione ſex*
illuſtrium Quæſtionū, ann. cIɔ Iɔ xcvII.
quam

quam deinde in Germaniâ recudi fecit Abrahamus Scultetus, *Quæſt.* v. utrumque conjunxerit, *de fuga in perſecutione, aut peſte.* ubi tamen ejus determinatio dubium an ſatisfaciat. Solâ perſonarum diſtinctione totũ quod hic ſolvere ſe exiſtimat. Aliter de Miniſtris pronunciat; aliter de laicis. Miniſtro fugere haud licere, ſive in perſequutione, ſive peſte; laico quidem. *Calculum addimus, in hac ſumma quæ dicta ſunt complectentes omnia, viro laico in perſecutione licere fugere, ita fœminæ, aut juveni: quia pro alienis animabus rationem reddituri non ſunt, ſed exſpectandum eſſe Miniſtro, ſi paſtoralem curam habeat, & adverſus perſonam ſuam, cum ſint plures Paſtores, non ſit inſtituta perſecutio; ſic autem, cum reliquis, communem curam poſſe ad tempus tranſmittere.* Sic quoque de fuga peſtis, ait, laico licitam illam eſſe Miniſtro haud

item.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tem. Verumtamen cauſæ poſſunt
eſſe, ob quas ſive perſequutionis,
ſive peſtis tempore nec laico fuge-
re liceat, & dari caſus haud unius
generis, quibus præſentia, offi-
cium, & auxilium ejus neceſſarium
ſit, atque deſtituere proximum,
deſerere vocationem, contra cha-
ritatem atque juſtitiam. Uti caſus
ejuſmodi permulti ſtatim excogi-
tari poſſunt, quando quibus vin-
culis ſanguinis, amicitiæ, & voca-
tionis, quæ ſupra poſuimus, homi-
nes alios aliis obligatos expendi-
mus, quæ etiam extra ſtatum & ca-
ſum miniſterii. Quodque Mini-
ſtro fugiendum non ſit, ex voca-
tione ſuâ venit, qua Eccleſiæ eſt
obſtrictus: atqui aliæ aliis ſunt vo-
cationes, quibus ad alia itidem
obligantur. Malim ergo ego ex
vocationis ratione, quam ſimplici-
ter perſonarum, quærere ſeceſſio-
nis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

nis, & propoſitæ quæſtionis, deciſionem.

Petrus Martyr, præterquam in locis Communibus, *Claſſ.* III. *cap.* XII. prolixam, in hanc rem, ſcripſit epiſtolam, cujus ſummarium huc redit, *conceditur ergo fuga, ſed hac lege, ut per illam mandata Dei non tranſgrediamur: quorum ſumma à duobus capitibus pendet, ut Deum, & proximum debita proſequamur pietate & charitate.* Regulæ optimæ, atque religioſe obſervandæ.

Theologi paſſim amant hic ſequi Auguſtinum, epiſtolâ CLXXX. ad Honoratum, cujus veſtigia preſſe tenuit Abbotus, in ſuâ Reſponſione; Aretius etiam in *Problematib. Loc.* LXXXIX. *de fugâ.* Auguſtinus autem de fuga conſultus, tempore imminentis periculi & perſequutionis, reſpondit: *nec eos eſſe prohibendos qui ad loca ſi poſſunt munita*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ita migrare deſiderant, & miniſterii noſtri vincula quibus nos Chriſti charitas alligavit, ne deſeramus eccleſias quibus ſervire debemus, non eſſe rumpenda. Sic voluit, Miniſtros omnino manere, quamdiu aliqua ſupereſt eccleſia, vel fideles, quibus pro officio ſacra erogare poſſint debeantque.

Melanthon, in Conſiliis Theologicis, *part. 1. pag. 664.* tempore belli Germanici, ann. cIↃ IↃ XLVII. ad Johannem Matheſium, *nunc ad præcipuam tuam quæſtionem venio, ſi non expellunt te Magiſtratus tui, cenſeo tibi in ſtatione & Eccleſia tua manendum eſſe.* non leviter, & pro arbitrio aufugere. Franciſcus Junius, in Diſputatione, de Miniſterio Eccleſiaſtico, habitâ in Academiâ noſtrâ, a. cIↃ IↃc. reſpondente Guilielmo Riveto, pro Corollario poſuit: *Fuga evidentis periculi contra Pa-*

ſtoris

ſtoris officium non ſit, modo extrinſecus in fugam (cum bona ovium veniâ, conſilio, aut approbatione) converſus, ad oves intentum habeat affectum, & Spiritu cum eis ſit, exemplo Pauli. Nota, cum bonâ ovium veniâ, quod non eſt, illas deſerere fuga, & deſtituere. Claudius Eſpencæus, Pariſienſis Theologus, *in* 1. *Tim. Digreßionum lib.* III. *cap.* XIX. poſtquam de fugâ in perſequutione dixiſſet; de eadem, tempore ac periculo peſtis, alteram ingreditur diſſertationem: adeo hæc inter ſe cohærent, & pari modo expediuntur. Similiter Alphonſus Salmero utrumque conjungit, *Comment. in Euang. Tom.* IV. *part.* II. *Tractatu* XVI. In perſequutione, hominum opera intercedit, & quo pacto ii cavendi ſint, inquiritur: in peſte, mediata ſcilicet & ordinaria, cauſarum naturalium intercurſus ſpectatur, & quomodo

harum corruptio, vel infectio
ἀκεραιότης curari ac retundi poſſit.
trumque etiam conjungit Deus
pe, quando judicia ſua vel pro-
onit, vel immittit. Eſpencæus
ſtinguit primùm de homine li-
ro, eumque *imminens Dei flagel-
m, peſtem, famem, gladium licite* fu-
ere, *ut ſibi & aliis plus & diutius pro-
ſſe poſsit, aut aliâ bonâ intentione.* Sed
hoc recte habet, quod *alia eſt ratio
us, qui ex ſtatu aut officio aſtrictus fuerit
eri præſentiam requirenti, cujuſque in
ſu fuga, vel diuturna abſentia in ja-
uram, ſcandalum, periculum, aut
mmunitati aut proximo cederet.* Nam
le vinculum, quo quis alteri obligatur,
lemque ſpecialem obligationem jure
aturali & divino ſtrictam, neque mor-
s timor, neque juſtum Domini flagellum
lvit. *Ex quo fundamento, ſuſceptæ
ilicet alienæ, ſeu publicæ, ſeu privatæ,
lutis procurandæ, tenentur ad non fu-*
gien-

giendum, ad permanendum, ad convivendum, commoriendumque animarum curam habentes Parochi, eorumque coadjutores, &c. Civitatum quoque, vel communitatum (ſeu ſecularium, ſeu Eccleſiaſticarum) ſuperiores, judices, Magiſtratus, medici, pharmacopolæ: quicunque item in regimine ſunt, ſive monaſtico, ſive domeſtico, & una cohabitant, conjuges, parentes, liberi, tutores, pupilli, domini, famuli, vicini vicinis neceſſarii, alter alterius opera indigentes, mutuam ſibi ſubventionem debentes, in neceßitatis articulo non debent alter alterum deſerere, & nos enim debemus pro fratribus animas ponere 1 Ioan. 3. noſtrorum curam habere 1 Tim. 5. proximos ut nos ipſi nos diligere. Matth. 22. &c. Valde benè determinat: non fugam ſuadet ſimpliciter, neque etiam probat, ſed ut Dei, & proximi rationem habeant homines, & vocationem ſuam neceſſariam ne deſe-

eſerant. *Tempore peſtis, vel alia ex* *uſa ob vitandum mortis periculum,* *peris quidem hominibus fugere licet, non* *gere præſtat, ad manſionem ex officio,* *l aliunde obnoxiis, ne licet quidem fu-* *re, niſi etiam aliunde eis, quibus obli-* *antur, conſulant ac provideant.* Dein apienter ac piè tum ad fugientes, um ad manentes directâ oratione, troſque monet, ne alter alterum ijudicet, aut vilipendat, neve eipſos nimium juſtificent, aut ſibi dulētur alii. Quod hoc in negotio imis familiariter atque temere ſo- et accidere. *Itaque & qui periculum* *nortis horrore fugiunt, fidei in Deum* *ua, & in proximos charitatis infirmita-* *em agnoſcant, atque explorent, non de-* *endant aut excuſent: nec cogitent ſe alia* *atione, quam vera reſipiſcentia, aut* *erte non ſine hac Dei percutientis iram* *vaſuros, quam fuga magis exacerbant,* *quam placant: & hos tamen infirmos ne*

con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

condemnent, ſed divinæ magis clementiæ eorum fugam commendent, qui manent atque perſiſtunt, ſeipſi conſiderantes, quibus de cauſis inter peſti obnoxios remaneant: an temeritate, divinæ iræ contentu, aut ſumtuum alio migraturis neceſſariorum penuria remaneant: an vero divinæ protectionis fiducia, & charitatis ſpiritu animati, in Dei *conſpectu humiliati, ejus iram deprecantes, ut proximis inſerviant, cum lugentibus lugeant, &c. Et his viciſſim neceſſaria ſubſidia illi ne detrahant, ſed non remanentes manentibus poſt ſe procurent, atque relinquant.* Non vidi quempiam iſtius ævi ordiniſque Scriptorum accuratius prudentiuſque argumentum hoc tractare & definire illo, an doctiore, an ſapientiore, dubium. quamvis Bellarminus, ubi poſt librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Indice Explanatorum S. Scripturæ, in priorem ad Timotheum Epiſtolam,

m, memorans iſtum Claudium
ſpenſæum, addat, *ſed hic caute le-
ndus.* videlicet, quia in noſtros,
rteſque noſtras viſus modera-
or; quod palam in Colloquio
oſſiaceno, ubi à Cardinale Lo-
aringio cum Beza agere juſſus,
ffiteri non erubuit, ſe *ſemper à ſup-
iciis, quibus ob religionem miſeri ho-
ines antea afficiebantur, abhorruiſſe,*
uod Beza primum & Gallaſius
ferunt, in *Commentario de Statu
lig. & reip. in Gallia, part. 1. ad ann.*
Iↄ Iↄ LXI. *pag. 131.* atq; ex eo verbo-
nus ampliſſimus Thuanus, *hiſtor.
b.* XXVIII. Nempe hujus generis
erunt illa, ob quæ dignitas Car-
inalitia ei abjudicata fuit, ann.
Iↄ Iↄ LV. quando is, & Joh. Caſa,
d ob diverſas longe cauſas, è Car-
inalium numero excluſi fuerunt,
lle quidem, quod Legendam, in-
er concionandum, ferream dixiſ-
ſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſet, pro aurea, quod & publice recantare coactus fuit; iſte, *quod etiam carmine rem nefandam in juventute laudaſſe diceretur*, ſic Thuanus, lib. XVI. Quod non eſt, ut dubitanter adeo referat Hiſtoricus, *diceretur*, cujus exemplar aliquoties mihi viſum, aſſervatur in Bibliothecâ publicâ Ultrajecti. Forte & in pluribus bibliothecis, quia carmen non ita longum, aliis operibus & poëmatibus vulgo adjungitur Italicis, tit. *Il primo libro dell' opere Burleſche di Franceſco Bernia. In Firenze, ann. 1548.*

Atque illa dicta ſunto ad quæſtionem, ſeu caſum propoſitum, de fugiendâ, ſeu devitandâ peſte, juxta trinam, quam dedimus, conditionem ſeu cautelam. 1. Ne ex *timiditate* animi fugiamus, aut ex formidine adverſitatis, morbi, vel denique mortis. Pro ductu atque inſtinctu naturali eſt quidem ut metua-

amus mala, neque hactenus hoc
nprobatur, in ſphæra vid. natu-
lium, ut natura noſtra malis affi-
atur; ſed interim ut natura ſupe-
ori ſpiritu regendam ſe noverit,
eſt, ne mala unice, ſolum, aut
æcipuè metuamus, ſed Spiritus
ei & fides noſtra illum metum
coërceat, ſanctificetque, ut iſta
ominem regat, non mera ſua na-
ra, ut ex intuitu divinæ provi-
entiæ, atque amoris divini,
uamvis in malis ſummis poſitus
orit etiam illa non metuere. μηδὲν
οβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν. Apoc. II. 10.
eſa. XLIII. 1. 2. *ne metue. Etiam quum*
rtranſibis aquam, tecum ero, &c. Hoc
t, ita tutum ſecurumque eſſe in
ivinâ providentiâ, ut præſentia
uamvis mala non æſtimes, neque
ntias; non ſimpliciter non ſen-
as, vel non ad naturam, ſed non
omparate, & ad ſpiritum, ad
Deum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Deum, & ſolo hoc intuitu, non ex temeritate, aut mero animi contemtu, nullius illa facias. Id fortitudinis eſt; atque excellenter Christianæ, quæ uti metum expellit, ita nec fugam, ex timiditate ſuſceptam, probat. Nam *quando eſt commune periculum, magiſque timendum eſt, ne quiſquam id facere credatur*, vid. ut fugiat, *non conſulendi voluntate, ſed timore moriendi, magiſque fugiendi obſit exemplo, quam vivendi proſit officio, nulla ratione faciendum eſt*. verba ſunt Auguſtini. II. Altera conditio fuit, ne quis videatur ſibi *aufugere Deum* poſſe aut velle, ejuſque manum aut judicia: quæ ſuis forte peccatis non minus meritus cauſatuſque eſt, quam alii. Pſalm. CXXXIX. 7. *quò ibo à ſpiritu tuo? aut quo fugiam à facie tua?* III. Ne neceſſariam deſerat *vocationem*, cui ipſum Deus, homines, officium & conſcien-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ientia adſtrinxerunt. quod Au-
uſtinus dixit, *certis neceſſitatibus im-
editum* eſſe. Neque enim juſtum
ut æquum eſt, per nos ut reſp. vel
cclesia detrimenti aliquid patia-
ur, aut ut privata noſtra commo-
a vel timorem publicis neceſſita-
ibus anteponamus. Veruntamen
ui extra timiditatem vitioſam il-
am, infidelitatemque, quippe in-
idelitatis eſt à Deo abire, ſeque ei
ubducere velle; quique extra vo-
ationem neceſſariam eſt; ſi vitare
ut deſerere locum periculo & pe-
te infectum cupiat, non culpari
oteſt. non quod abire debeat, ſed
quod ei hoc liceat, *liberis quidem ho-
minibus fugere licet, non fugere præſtat*,
dixit Eſpencæus. imo nec fugere,
iquidem hoc animi timiditatem
improbam notet, vel arguat. *Pru-
denter* hic agendum, & *fortiter*, nil
temere vel inconſiderate. In Aca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

demia Wittebergenſi quum peſtis graſſaretur ann. cIↃ IↃ LXVI. publico Programmate à Rectore tum temporis Vito Winshemio, d. II. Auguſti, Studioſis ſignificatum, nomine & juſſu Electoris, fuit, velle Electorem, ut *& vicina oppida* (ſic ipſum ſonat programma, ex libro *Programmatum VVittebergenſium*, Tom. VII.) *contagiis infecta, & in hoc oppido loca ſuſpecta, quæ pauca ſunt, fugerent, ne ſemina ſeu* μιάσματα λοιμώδη, *quæ Dei ſingulari bonitate repreſſa cohibent ſeſe, veſtra negligentia excepta propagentur ac dilatentur.* Iterum pridie Idus Septembris, ejuſdem anni, atque eodem Rectore, jam latius & per civitatem ac domos lue ubicunque diſpersâ, in hanc formam Studioſi publice moniti, *Non eſt eadem conditio omnium in Academia, Profeſſorum ac Scholaſticorum. Quidam ex Profeſſoribus ab infectis locis adhuc*

longius

longius abſunt, & Dei beneficio, animo ſunt ſatis firmo præſentique. Quoſdam contagia circumdatos undique & concluſos infeſtiſsime urgent: & ex his aliqui familias habent numeroſas, ſobolem teneram & copioſam. Quum ergo locum in vicinia reperiamus nullum, qui immunis à contagiis mediocri cœtui per hyemem, quæ jam præ foribus eſt, receptus ac hoſpitia tuta aut commoda ſaltem præbere poſsit: nec ſumptus aut noſtri aut veſtri ferant longas migrationes: & ſpes ſit hyemem ſævitiam graſſantis mali abrupturam atque inhibituram eſſe, viſum fuit nobis, hanc Academiæ patriam nondum prorſus deſerendam eſſe. Etſi itaque aliqui, quibus pericula incumbunt, familias ſuas tranſlaturi ſunt: manere tamen reliquis & operas uſitatas perſequi inſtitutum eſt. Ex his etiam, qui familias abducent, nonnulli intra paucos dies, cæteri ubi æquinoctium præterierit, & quam ſpem initia hyemis oſtenderint, ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

animadverſum fuerit, huc revertentur. Neque enim ſpem protinus de Academia omnem cum armis ipſis abjiciemus, ſed auxilii ac protectionis divinæ fiducia faciemus officia vocationis noſtræ. In ipſo enim vivimus, ſumus & movemur. Ipſe eſt vita noſtra, & longitudo dierum noſtrorum. Ipſius ſumus, ſive vivamus, ſive moriamur. Nec dubitamus, quemque noſtrum fideliter ſervientem gloriæ Dei & Eccleſiæ in vocatione ſua Deo curæ fore. Sed & vos Scholaſtici diſsimiles eſtis. Siqui itaque abjectioribus animis pericula præſentia exhorreſcunt, eos nolimus horum eventum ſuo cum diſcrimine, & parentum mæſtitia ac ſolicitudine hic exſpectare. Siqui rurſus animis confirmatioribus velint audire docentes Præceptores, donec extrema neceſsitas cogat utroſque conjunctim vel ſeorſim loca quærere tutiora, his prælectiones publicæ non deerunt. Sed hos monemus, ne ipſi in pericula incuria ſua vel officiis non neceſſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ceſſariis ſeſe conjiciant. Nam ſiqui inficientur, iis de omnibus rebus neceſſariis, quæ ad medicationem, & curationem pertinent, accurate in noſtro Noſocomio proſpectum eſt. Et ſentientes initia infectionis, cito id ſignificent. Nam comperimus remedia mature adhibita efficacia eſſe, & multos ſervare. Nec deerit cuiquam fides, conſilium & opera noſtra, &c. Denique quum & Oeconomiæ Academicæ domus lue corriperetur, alias ædes, & dimiſſo priori œconomo, alium ad præſentem operam conduxerunt, quod ſignificatum iterum Programmate fuit, d. IX. Novembris. Quod verò de ſingulari Studioſorum Noſocomio dicunt, illud prudenter valde, ne etiam peſte infectis & ægrotantibus ſtudioſis non etiam ſatis commode proſpectum ſit. Inſtitutum id in Wittebergenſi Academia fuerat tum ante annos viginti & ſupra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ut non in publico urbis noſocomio, ſed æde ad hoc à Senatu Academiæ emtâ Scholaſtici vel peſte, vel alio morbo afflicti exciperentur & curarentur: decretâ ternâ ſingulis annis collectione à Studioſis inſtituendâ ad ferendos Noſocomii Academici ſumtus. Quod conſilium neutiquam improbandum, præſertim ubi communes menſæ & œconomiæ Studioſis conſtitutæ, uti in Wittebergenſi Academiâ, & aliis, non pro pauperioribus duntaxat, ſed & quibuſcunque aliis Studioſis. Æquum autem eſt ut ſingulis tempeſtive conſulatur, iis præſertim, qui peſtis tempore locoque manere coguntur, aut volunt. Charitate & prudentiâ totum quod hic eſt negotium moderantibus, fortiter atque Chriſtianè. Manent alii, alii abeunt, ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

πληροφορείσθω. Rom. XIV. 5. Inter *timiditatem*, atque *temeritatem* via tenenda eſt media. Sic & Franciſcus Junius determinavit, Diſp. *de Vita Chriſtiana*, ann. cIↄ Iↄc.d.XVI. Junii. reſpondente Dan. Couppæo. Th. x. *Cum autem fideles id Deo debeant, ut nomen ejus vel per mortem, vel per vitam glorificent: ipſius vero ſit decernere media ſuæ gloriæ illuſtrandæ, ita ejus arbitrio mortis vitæque terminum relinquere debemus, ut mortem ſibi temere non conſciſcant more hominum verâ religione deſtitutorum; nec eam plus æquo reformident, ſed medium tenentes, quod oſtendit Paulus 1 Cor. 5. Rom. 8. ad mortem alacriter pergant, non quia velint exui, ſed quia ſuperindui cupiant.*

Abſolvimus ita *primam* quæſtionem, de peſtis *fuga*; inque eâ tractandâ ſimul *ſecundam*, & *tertiam*, quo *animo*, quia huc præcipuum quæſtionis illius vergebat pondus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tum *imminentem* fortiter exſpectare afflictionem & *peſtem* oporteret, quo item *præſentem excipere* & admittere. *Quartum* ſequitur, de *officiis* erga peſte *laborantes*; demum *quintum*, erga *defunctos*, neceſſariis.

Quæ officia *variorum* ſunt, atque *varia*. Sed *neceſſaria* diximus; quippe alia ſunt *libera* hæc præſtari poſſunt, illa debent. Deque iis præſens eſt quæſtio. Non enim quid cuique liceat, ſed quid debeat, & teneatur præſtare nunc inquirimus. Neceſſitas illa *officio* nititur, quod pro fundamento triplicis vinculi, *ſanguinis*, *amicitiæ*, *muneris*, aut officii ſtricte dicti, totidem præbet neceſſitudines, ex quibus de operæ & auxilii neceſſitate judicare unuſquiſque debet. Trium generum occurrunt officia, pro triplici objecto: Etenim infirmi curanda eſt cumprimis *anima*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

na, tum *morbus*, & *vita* reliqua, quæque ad eam tolerandam ſpectant. Illud *Miniſtrorum* eſt, quibus adjunguntur *Conſolatores* παράκλητοι: iſtud *Medicorum*, & *Chirurgorum*: hoc vulgarium *auxiliatorum*, vel *auxiliatricum*. Atque quum vel de *ſuo* ali & curari ægroti poſſint, vel debeant de *alieno*, ex eleemoſynis & publico: etiam *Diaconorum* hic requiritur opera, & *Eleemoſynariorum*, atque *Noſocomii* publici. Multa autem quum hic quæri poſſint, alia propter eorum levitatem præterimus, alia prudentiæ ſingulorum committimus. Quod autem ad Medicos: Nicolaus Clemanges (is qui odoratu ſuo loca contagioſa & peſte infecta dignoſcere ac deprehendere ſe poſſe credi voluit, epiſtola ad Joh. de Monſtrolio, XXIV.) alia epiſtolâ, nempe XXVII. dixit, *quid ni cedant ac longius*

abeant, & nihil aut parum ægrotis profuturi & cum ingenti ſuo diſcrimine permanſuri Medici? deque avunculo ſuo in urbe, quam peſtis afflarat diutius verſante, tandem & mortuo, quod *conſilii ſui graves pœnas luit*, quamvis & Medicus & in eo ſolo ſpes ſita auxilii eſſet: profecto temere nimis pronunciatum, nec Theologice ſatis, neque humanè.

Sed de Miniſtris verbi vulgatior eſt *quæſtio*, num *ſecedere* ipſis liceat, tali tempore, locoque? Subtrahere ſe miniſterio, inconſultâ invitâque Eccleſiâ, & munus deſerere vel arma abjicere, & deſtituere oves, minime licitum.

Qu. II. An ſubducere ſe non quidem toti miniſterio, ſed huic functioni, quæ verſatur in *inviſendis* decũbentibus ex peſte? Negari non poteſt, quin alias, & per ſe pars officii ſit viſitare & conſolari ægrotos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

[..]cos. Num jam propter periculum, quod ei parti adhæret illâ tempeſtate, & propter contagium, ne forte vel ipſi, vel alii inficiantur, aut parti in Eccleſiâ ſanæ ipſorum deſit miniſterium, hoc à ſe omnino removere poſſint tanquam alienum, vel intempeſtivum, ut peſte ægrotantes adeant, atque conſolentur, quæritur. Nos quidem exiſtimamus, minime iis id licere, vel partem officii aliquam omittere, propter periculum: quaſi non niſi molle & *ἀκίνδυνον* miniſterium amplexuri, contra ac Apoſtolus, *Κινδύνοις ἐν πόλει, κινδύνοις*, &c. II Cor. XI. 26. & I Cor. XV. 30. *κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν.* Vel quaſi proprio arbitrio, & non judicio Eccleſiæ, liceret ipſis ſe ſubducere, ſuamve operam negare. Scimus alibi, in Eccleſiâ Genevenſi, ingruente peſte, medicos, chirurgos,

&

& ex Paſtorum collegio ſorte aliquos deligi, qui peſte infectis, pro ratione officii, opitulentur. Quod exiſtimo obſervari quidem poſſe, ubi non magnam ſtragem lues facit, & pauciores, & quot à Delectis illis juvari queant, correpti, verùm ubi atrocius ſævit, & univerſa accenſa civitas, ita ut vix regio, platea, familia illæſa ſit, ſaltem latius ſe diffundat ignis, quam ut à Delectis è Paſtorum numero aliquibus juvari homines poſſint, uti in noſtra urbe aliquoties accidit, cenſeo ſatius eſſe, id ſingulorum Miniſtrorum committere curæ & prudentiæ, ut adjuti Conſolatorum, quantum ſatis ſit, auxilio, pro illa tempeſtate, ſic regiones ſuas, & conſolandi partes obeant, prout præſens poſtularit neceſſitas. Nec ut omnes ægrotos inviſere cogantur, quod impoſſibile; non etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ut omnibus ſuam operã denegent, præſertim eam enixe petentibus, & anhelãtibus, quod inhumanũ foret: neq; vel amiciſſimis ſuis id recuſare poſſent, vel ſibi tali caſu à ſuis negatum cuperent. Poſidonius, de Auguſtino, cap. XXVII. *Et ſi forte ab ægrotantibus ob hoc peteretur, ut pro eis in præſenti Deum rogaret, eiſque manus imponeret, abſque morâ pergebat.* Prudentia interim omnibus commendanda, tum iis qui Miniſtrum vocant & accerſunt, tum Miniſtris ipſis in adeundo. μηδὲν ἄγαν. πάντων μέσ' ἄριστα. Eſt ubi per alium, quam Miniſtrum, negotium peragi poteſt: iterum ubi nec apte nec decenter, niſi à Miniſtro. Conſcientiæ & prudentiæ eſt diſpicere, quid ſingulis caſibus neceſſe ſit, atque uſu veniat. Plane & ſimpliciter eximere toti huic negotio Miniſtros, quaſi de jure & officio privilegia-

legiatos, & ad ipſos illud non ſpectaret, vel ſuo ſe ſubducere arbitrio poſſent, ego non probo. Etiam nullo eos ſublevare auxilio, neque admittere hoc in caſu alias quoque conſolationes, indignum. Reſpiciendum denique hic ad ſenſum, neceſſitatem, & petitionem Eccleſiæ, ſi Paſtorum ſuorum operam præſentem valde deſideret: ne qui Miniſtri, non Domini Eccleſiæ ſunt, oves ſuas in neceſſitatibus deſtituant, neque tum ſe fideles præſtent, ubi eorum operâ Eccleſia maxime egere ſe teſtatur. Atque hoc judicium, hæc praxis eſt omnium Collegarum Miniſtrorum in præſenti noſtrâ calamitate.

Atqui periculum, inquis, Miniſtris impendet ab illorum hominum alloquio. Quaſi nos in communi afflictione, & mali, & periculi oporteat immunes eſſe: nec

potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

potius cum Eccleſiâ, cum ovibus
noſtris parem experiri ſortem &
conditionem? Eſth. IV. 13. 14. *Ne*
putes in corde tuo, quaſi tu evaſura ſis in
domo Regis, præ omnibus Iudæis. Quin
ſi ullo modo tacueris tempore hoc, ſereni-
tas ac liberatio Iudæis conſtabit aliunde,
interim tu & domus patris tui peribitis:
& quis ſcit annon propter tale ac hoc jam
tempus eſt, ad regnum perveneris?

At non omnes, illa animi fortitudine præditi ſunt, illos ut adire homines, & alloqui poſſint. Attamen ad illã anniti oportet fortitudinem, non ſibi, vel timiditati nimium indulgere, vel non eam curatam velle correctamque. Vitium hoc infirmitatemque animi fovere, vel defendere, aut propugnare nil attinet, nedum commendare aut præſcribere, vel fortiores alios noſtra formidine dejicere, aut damnare. Auguſtinus, *quod*
autem

autem ad eos attinet, qui in hac re non falluntur errore, ſed formidine ſuperantur, quare non potius contra ſuum timorem, Domino miſerante atque adjuvante fortiter dimicant, ne mala ſine comparatione graviora, quæ multo amplius ſunt tremenda, contingant? Fit hoc ubi Dei charitas flagrat, non mundi cupiditas fumat. Charitas enim dicit, quis infirmatur, & non ego infirmor?

Denique, poſſent forte à periculo, & in vitâ ſervati illi multis adhuc uſui eſſe. Et qui non? neque ideo pereunt, vel perit eorum opera, non certe male perit, hic impenſa, etiamſi cum vitæ periculo. Vitam etiam amittant: nempe quam Deo debuerunt, & Eccleſiæ, aliquando, vel hoc, vel illo caſu deponendam, nec cujus ſervandæ certi ſunt, extra hæc officia. *Si nunquam, bene; ſi aliquando* tamen moriendum, *quare non modo?* reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

condebat pius ille Epiſcopus Au-
uſtino, ipſum in extremis ſpe lon-
ioris vitæ conſolanti. *Beatus ille*
rvus, quem Dominus veniens depre-
enderit facientem ita. Matth. XXIV.
6. Iterum Auguſtinus, eadem
piſtolâ, *nullius fuga faciat ut eccleſiæ*
iniſterium maxime in tantis periculis
eceſſarium ac debitum deſit. Nemo ex-
piat perſonam ſuam ut ſi aliqua gratia
idetur excellere, ideo ſe dicat vita, &
b hoc fuga eſſe digniorem. Quiſquis
nim hoc putat, nimium ſibi placet.
Quiſquis autem etiam hoc dicit, omni-
us diſplicet. Atque de Davide, ro-
gato à ſuis ne ſe prœlio committe-
ret, dixit, *à ſuis hoc petentibus ſumſit,*
non ipſe præſumſit: alioqui multos imi-
atores feciſſet ignaviæ, qui eum crederent
hoc feciſſe non conſideratione utilitatis
aliorum, ſed ſuæ perturbatione formi-
dinis.

Quodque dixi de Conſolatori-
bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

bus vel Paracletis adjungendis Miniſtro, id annon etiam intelligi poſſit de *Candidatis* Miniſterii? diſquirendum aliis relinquo. Nimirum ut hac ratione ſe exerceant quoque, & egregium ſibi βαθμὸν ſtruant ad ulteriorem promotionem, cui hoc dato experimento reddant ſe ſingularem in modum, præ aliis, commendatos.

Erant in Veteri Eccleſia, quos appellabant *Parabolanos*, homines ſervitio ægrorum deſtinati, Parabolarios alii, alii Parabolos appellant. Cujus varium apud Scriptores etymon, & varius quoque ſenſus, aliis à parabolis, ſive ſermonibus & ſermocinatione derivantibus, quæ Accurſii eſt ſententia, qui per parabolanos intelligit Medicos. & *nomen ab eo ſumpſiſſe*, ait, *quod multas haberent parabolas, quod videlicet ut quiſque loquacior eſt, ita doctior*

ctior medicus vulgi opinione exiſtime-
r. quomodo Alciatus id refert,
iſpunctionum lib. IV. *cap.* IX. De
oc etenim Juriſconſulti diſpu-
nt, propter leges, quæ de Para-
olanis occurrunt, in Codice
heodoſiano, & Juſtiniano.
rabolare in Capitulis Caroli M.
Succeſſorum, eſt *loqui. Quidquid*
gitavit, parabolavit, & fecit. id eſt,
quutus fuit. à Græco παραβολή.
lciati autem alia eſt ſententia,
iſſe plebejos quoſdam parabola-
os, qui famulitio vel eccleſiarum,
el hoſpitalium, Xenonumve de-
utati erant & quaſi *adſcriptitii gle-*
e; ut ſicut his omni vita ab agro-
um cultura recedere non licet,
a nec illis à ſervitio ægrorum, qui
nofocomiis reſidebant. à παρὰ,
& βῶλος, quæ vox pro gleba acci-
itur. Melius autem Hottoman-
us, aliique, ſic dictos exiſtimant,
à pe-

à periculo quo ſe in ægrorum officio exponebant, dum nullius, neque etiam peſtiferi morbi contagionem vitarent. Ita apud Græcos παράβολα dicuntur, quæ ſummis periculis objecta ſunt. παράβολον ἔργον, audax, periculoſum facinus. παράβολον φάρμακον. παράβολος, audax, confidens, periclitator. hinc παραβόλως adverbialiter, idem quod *audacter, temere,* à παραβάλλομαι, periculum adeo. idem quod παρακινδυνεύω, ῥιψοκινδυνῶ. Julius Pollux, lib. III. cap. XXVIII. περὶ τῶν ἐπικινδυνώδους, καὶ ἐπικινδύνου παρακινδυνεύειν, παραβάλλεσθαι. Zuidas, παραβάλλεσθαι. πρὸς κίνδυνον ῥίπτειν ἑαυτὸν, *ſemet in periculum conjicere.* Ex hoc autem derivari nomen Parabolorum, ſeu parabolanorum, una cum aliis, cenſeo, quod tum propter vitæ conditionem, tum animi audaciam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tiam, perculis ſe objicerent. Quę
eam ſententia Baronii, Annal.
Tom. v. ad ann. 416. ſub finem,
nomen derivantis à græca voce πα-
ράβολος, *qua ſignificatur*, inquit,
animo ad ſubeunda pericula præceps, qua-
deputabantur qui curæ omnis generis
egrotantium, peſtis quoque tempore,
adeſſent. Leges de parabolanis
extant Cod. Theod. de Epiſc. &
Clericis, l. 42. & 43. unde ſumta
l. 18. Cod. Juſtian. tit. eodem, *Pa-*
rabolani, qui ad curanda debilium ægra
corpora deputantur, ſexcentos conſtitui
præcipimus. Atque iſtud illorum
fuit officium, ægris adſiſtere, opi-
tulari, quovis miniſterio, atque
etiam medicatione. Unde & *cu-*
rare ægra corpora dicuntur, & *cu-*
randi gerere experientiam. Numerus
eorum, pro civitate Alexandrina,
tus videtur fuiſſe ſufficiens: unde
gravē aliquando factionem & tur-
bas

bas Præfectis movebant, præſertim ubi contentio oriebatur inter Præfectum, atque Epiſcopum, qualis præterito anno extiterat inter Oreſtem, & Cyrillum. Quæ occaſio iſtius legis fuit l. XVII. *Placet noſtræ clementiæ, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus, cujus corpori non ſunt annexi, habeant. Præterea his, qui parabolani vocantur, neque ad quodlibet publicum ſpectaculum, neque ad curiæ locum, neque ad judicium accedendi licentiam permittimus: niſi forte ſinguli, ob cauſas proprias & neceſſitates, judicem adierint, aliquem pulſantes lite, vel ab alio ipſi pulſati, vel in communes totius corporis cauſas à ſyndico ordinato: ſub ea definitione, ut ſi quis eorũ hæc violaverit, & brevibus parabolanis eximatur, & competenti ſupplicio ſubjugetur, nec unquam ad eandem ſollicitudinem revertatur.* Corpus hoc, uti vidimus,

nus, conſtabat centenis homini-
bus, iique Epiſcopo ſuberant, &
o eo conſtituebantur, unde &
artes ejus facile ſequebantur, con-
a Præfectos, alioſque. Sed alii
rant *vulgares* illi; alii *honorati*, ac
uriales, qui non item Epiſcopo
rant ſubjecti, vel ab eo depende-
ant. Unde in l. XVIII. *Parabolani*
ui ad curanda debilium ægra corpora
eputantur, ſexcentos conſtitui præcipi-
nus: ita ut per arbitrium viri reveren-
iſſimi antiſtitis Alexandrinæ urbis de
is, qui antea fuerant, & qui pro con-
uetudine curandi gerunt experientiam,
excenti parabolani ad hujuſmodi ſollici-
udinem eligantur: exceptis videlicet ho-
noratis & curialibus. Si quis autem ex
is naturali ſorte fuerit abſumtus, alter
n ejus locum pro voluntate ejuſdem ſa-
erdotis (exceptis honoratis & curiali-
bus) ſubrogetur: ita ut hi ſexcenti viri
reverendiſſimi Sacerdotis præceptis ac
diſpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

diſpoſitionibus obſecundent, & ſub ejus cura conſiſtant: reliquos, quæ dudum latæ legis forma complectitur ſuper his parabolanis, vel de ſpectaculis, vel de judiciis, cæteriſque, ſicut jam ſtatutum eſt) cuſtodiendis. Erant ergo illi conſtituti, & ab Epiſcopo præfecti ægris per totam civitatem curandis, quavis operâ, etiam medicâ: unde plurimi Expoſitores parabolanos, Medicos dicunt, qui à Modeſtino *circuitores* vocantur, quoniam civitatem circumeunt, ægris opem laturi. Atque hoc de Veterum Parabolanis.

Quæſtio nuper mota, an tales parabolani, vel qui ex operâ quavis, ſacrâ aut corporali, ægrotantibus cum periculo vitæ præſtitâ, vid. laborantibus peſte, interim ipſi corripiuntur lue, & extinguuntur, pro *Martyribus* habendi ſint? Occaſionem controverſiæ dedit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

lit locus in epiſtolâ Dionyſii, de
eſte Alexandrinâ, apud Euſe-
ium, lib. VII. cap. XVII. ubi pri-
num diligenter exponit, quo in
oco fideles Chriſtiani peſtem ha-
erēt, nempe longe alio quam gen-
iles, qui, uti refert ex propriis eo-
um ſcriptis, eam ut plenam for-
nidinis, quovis modo fugiebant,
ρᾶγμα φόβου τε παντὸς φοβερώτε-
ον. *Verùm nobis*, inquit, *non ejus ge-
eris putabatur; ſed à Deo cum ad fidem
oſtram exercendam, tum ad toleran-
iam animi probandam*, γυμνάσιον ἦ καὶ
οκίμιον, *nihilo minus quam alia rerum
ncommodarum genera, quæ aliquando
btigiſſent, cœlitus inflictam*. Jam quo-
nodo hac rerum tempeſtate fide-
es erga invicem ſe gererent, quo-
que amoris & officiorum genere
emet proſequuti, dignum eſt ut
udiamus: *Quamplurimi è fratribus
oſtris adeo immenſo quodam charitatis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

& fraternæ benevolentiæ ardore erant inflammati, ut minime ſuæ parcentes vitæ, ſed ipſi ſibi inter ſe firme adhæreſcentes, eos qui morbo opprimebantur, nulla ſui cura aut cautione adhibita ἀφυλάκτως, *ſedulo inviſerent, illis inſervirent aßidue, ob* Chriſti *amorem curarent, una cum illis decederent è vita, lubentißime contagione aliorum infecti, etiam morbum à proximis quodammodo ad ſe attraherent, ſuaque ſponte aliorum mærores benevole mitigarent. Multi item, dum aliis ægrotantibus curam adhibent, illiſque vires reſtituunt ipſi aliorum mortes in ſe derivantes, vitam amittunt. Et verbum illud, quod vulgo ſemper dicitur, quodque veræ benevolentiæ ſolum videtur convenire, nimirum ut ſinguli pro amicis abeant è vita, ſeque eorum cauſa (ut ita dicam) rejectamentum efficiant, reipſa expleverunt. Ex fratribus igitur, qui virtute facile erant præſtantißimi, ad hunc modum mor-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

mortem oppetivernnt. Quorum nonnulli erant presbyteri, alii diaconi, quidam è populo virtutis ergo multum laudati: adeo ut iſtud mortis genus, quod propter incredibilem pietatem & robuſtam fidem ſuſcipiebatur, nihil à martyrii ſplendore abeſſe videretur. Quin etiam Sanctorum corpora manibus erectis ſupiniſque excipere, gremio ſuo reponere, occludere oculos, ora obturare, geſtare humeris cadavera, decenter ornare, illis adhæreſcere, amice complecti, lavare accurate, & linteo funebri involvere non gravati ſunt; ipſique qui ſupererant, paulo poſt ſimilia officia in ſe collata propterea adepti, quod eandem mortis viam inſiſterent, quam qui præiverant ſtitiſſent. Gentiles autem his omnia fecere contraria. eos enim qui ægrotare incipiebant, ab ædibus extrudere, deſerere amiciſſimos, in plateis ſemivivos projicere, cadavera inſepulta canibus exponere dilanianda, mortis participationem &

quaſi communionem avertere: quam plane vel infinita diverticula quærentes, nullo modo poterant evitare. Similia de Chriſtianis, tempore peſtis ſub Maximino, refert idem Hiſtoricus, lib. IX. cap. VII. Egregius ille locus eſt, primorum Chriſtianorum exhibens illuſtrem erga ſe mutuò, erga afflictos, ægrotantes, demortuos charitatem, & infucata atque conſtantia officia. tam dignus lectu, & obſervatu, ac quæ alia Excerpta, quæ in contrarium magis inclinant, quæque avidius tum exponere homines ſolent, tum arripere ac ſequi. Notemus autem I. quod hac ex parte deſcribat Auctor veros *Chriſtianos*, iiſque illa officia faciat propria & decora. II. Contrarium autem in *Gentilibus* ponit, & obſervat: tum quod *formidinem* mali & peſtis concernit nimiam; tum quod mutuæ *charita-*

tis

is officia. III. Atque rationem *di-ſcriminis* utrimque derivat ex amo-re, vel contemtu *vitæ*, *mortiſque*. Quod Chriſtiani nec vitam adeo lucroſam, neque mortem damno-ſam habent: Gentiles verò mortis διάδοσιν καὶ κοινωνίαν vehementiſ-ſime averſantur. IV. Quam tamen, utcunque metuant, fugiant, eique contranitantur, καὶ πολλὰ μηχανω-μένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον. V. Propter officia autem illa pietatis charita-tiſque, Chriſtianos valde *commen-dat*, & inter hos, quo magis illis præcellerent. Vocat, ἀρίστους τῶν ἀδελφῶν. καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ λαοῦ λίαν ἐπαι-νουμένους. VI. Neque ex plebe dun-taxat illos, ſed *presbyteros* quoque, & *Diaconos*. VII. Officiaque pieta-tis commemorat tum erga *decum-bentes*, tum *defunctos*. VIII. Atque tandem ceu *martyrium* aliquod ex-tollit. ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. Hinc quæſtio illa, de martyrio per peſtem. An, quemadmodum propter fidem qui occumbit, vere martyr, ita quoque, nec minus, in Martyrum cenſu collocandus veniat, qui ex charitate & officiis præſtitis hominibus peſte laborantibus, contracto contagio, ipſe forte etiam moritur? Occaſio quidem controverſiæ viſa fuit locus ille apud Euſebium: ſed vis & robur omne ei acceſſit ex Martyrologio Romano, in quo illi Alexandrini tanquam Martyres veniunt, & celebrantur. ad diem XXVIII. Februarii. *Alexandriæ commemoratio SS. Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum plurimorum, qui tempore Valeriani Imper. cum peſtis ſæviſsima graſſaretur, morbo laborantibus miniſtrantes, libentiſsime mortem oppetiere,*

tiere, quos velut Martyres religioſa piorum fides venerari conſuevit. Quod ſi dicas errare, & proinde fidem, & religionem Eccleſiæ Romanæ, vide quò hæc tendant. Proinde quæſtio illa mota vigetque apud ſolos Pontificios, ex quo tempore, pro peſtis martyrio diſputare cæpit Theophilus Raynaudus, Jeſuita, ſingulari ad hoc conſcripto opere, *de Martyrio per peſtem.* quem ſequutus eſt Philibertus Marchinus, in tractatu, *de bello divino*, ſive de peſte, quam bellum vocat, à Deo hominibus illatum. Sequitur Cornelius à Lapide, in Hoſeam, cap. XI. in fine, ubi ita: *denique præ cæteris, Eccleſia martyribus annumerat eos, qui morbo laborantibus miniſtrantes ex charitate, eodem afflantur & emoriuntur. Exemplum illuſtre eſt in Martyrol. Romano die 28 Februarii.* Verùm Raynaudi, & Marchini, ſuper illo pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſtis martyrio, tractatus publice damnati, Decreto Cardinalium, ad Indicem librorum prohibitorũ, ſub Innocentio x. an. cIↄ Iↄ cxlvii. d. xi. Martii, ubi in Catalogo prohibitorum: *de martyrio per peſtem ad martyrium improprium & proprium vulgare comparatum Diſquiſitio Theologica Theophili Raynaudi.*

Ejuſdem error popularis, de communione pro mortuis diſcuſſus. Guſtus operis, cui titulis eſt, Heteroclita ſpiritualia & anomalia Pietatis. Philiberti Marchini Novarienſis de Sacramento ordinis abſolutiſſimum opus, donec corrigatur.

Ejuſdem, Bellum divinum effuſe ac diligenter explicatum, donec corrigatur. Et contra illorum ſententiam diſputavit late Thomas Hurtado Toletanus, lib. *Reſolutionum de vero martyrio fidei, Reſolut.* LXII. verùm rationibus nonnullis, ipsâ ſententiâ,

tiâ, quam oppugnat, ſæpe inanioribus.

Mirum autem videre, quibus argumentis pro ſententia ſua militent Raynaudus, & Marchinus, non tantum ut probent veri nominis martyrium peſtis illud eſſe, ſed & ſupra martyrium fidei excellere. Diſtinguunt nempe martyrium, in *fidei*, quod vulgare & commune illud eſt, ab omnibus approbatum, quãdo pro fide aliquis interimitur; & aliud *charitatis*, vel miſericordiæ: cujus generis habẽt illud per peſtẽ.

Loca primùm Scripturæ adferunt, quibus jubentur fideles, animam ponere pro fratribus, præſertim 1 Joann. III. 16. Tum rationes, pro præſtantiâ martyrii peſtis, ſupra martyrium fidei. Quia in illo *coactio* aliqua videtur, coguntur enim à perſequutoribus vel tyrannis martyres illi: hi verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſola ſponte ad mortem currunt. Ibi intercedit ſemper *peccatum* perſequutorum: hic nullum cujuſpiam. Hic major videtur conformitas & ſimilitudo ad *paßionem Chriſti*, quam illic: quia Chriſto liberum quum eſſet animam ponere, aut non, iſtud voluit: & ſic illi peſtis martyres, nullo adigente, animam libere effundunt. & pro ſalute *proximorum* magis videntur mortem obire, quam illi. *Diutius* etiam in mortis periculo verſantur, quod fidei Martyres brevius abſolvunt. Fidei martyrium *neceſſarium* fit, objectâ ex alterâ parte, abnegatione Chriſti, peccato graviſſimo, & omnimodè vitando: in martyrio peſtis, nullo objecto tali ex adverſo peccato, non cogitur quiſpiam, ſed quum citra peccatum poſſet forte declinare, non vult tamen. Unde hic excellentior gra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

gradus *charitatis*, quam ibi. Etiamque pro *fide* moriuntur, videlicet fide, & ſpe, ac patientia promiſſionum divinarum, atque vitæ æternæ. neque ſolum pro fide, ſed & pro *fratribus*. Quibus, & ſimilibus argutiunculis probant quidem egregiam virtutem in illis, qui ita ex peſte obeunt; non tamen proprie dictum martyrium. Neque in veris martyribus deſunt, quæ ad virtutis hujus ſingularem ſummamque faciant commendationem. Quæſtio autem eſt de vero martyrio: non improprie, & per ſimilitudinem, aut analogiam quandam ita dicto. Martyrium autem eſt, quod quis pro confeſſione *veritatis*, patitur in morte *violentâ*, à *Tyrannis* aut perſequutoribus, ex ſolo veritatis odio, ſibi irrogatâ. non ubi mortem quis naturalẽ aut communem obit, eam non ab homi-

hominibus vel vi illatam, atque ex cauſa longe aliâ, quam teſtimonio veritatis. Metaphorice ut dicatur martyr, vel martyrium, ubi quis pro bonâ cauſa, & fine bono quidvis patitur, nihil difficultatis habet: atque ita omnis generis Scriptores paſſim loqui, notum eſt. Sed hoc controverſiam non attingit, quæ eſt de martyrio veri nominis, & ſpecifice dicto. Alioqui martyrem dixit Chryſoſthomus, ſed improprie & rhetorice magis, quam proprie, eum etiam qui adverſa patienter tolerat, & Deo benedicit: *nihil hac lingua ſanctius, quæ in adverſis Deo gratias agit. Certe non inferior eſt lingua Martyrum; utraque pariter coronatur*. Homil. VIII. in Coloſſ. Atque ita in epiſtolâ Dionyſii, Martyres Alexandrini non proprie martyres dicuntur, ſed ipſorum mors multum ſimilis fuiſſe martyrio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

o, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. ideri nihil abfuiſſe à martyrio. Et in Martyrologio Romano, *quos velut Martyres* religioſa piorum fides venerari conſuevit. tanquam Martyres; non veros, & proprie dictos ales. In hunc ſenſum definit Gabriel Vaſquez in III. Thomæ, Diſp. LIII. cap. III. ex Durando, martyrium non ſolum habere efficaciam à charitate, quam neceſſario equirit, ſed ex cauſa patiendi, & conformatione (ſic potius lego, quam *confirmatione*) ad paſſionem Chriſti. *Nam ſi quis ex charitate*, inquit, *ſe offerat morti, ut liberet à morte aliquem, vel ab ægritudine, non erit martyr, quamvis ex charitate moriatur: ſed debet pati propter Chriſtum à Tyranno: præterea non tantum pati debet, & coram illo ex charitate confiteri, ſed etiam reipſa mori, & hoc modo ad mortem Chriſti reipſa conformari.*

Ut-

Utcunque in hac re cauſa cadat Theophylus Raynaudus, quique eum ſequitur Philibertus Marchinus, quod peſtis martyrium commenti ſunt & tuiti, tamen in eo, quod ſuccurrere peſte infectis, actum dixere *fortitudinis* eſſe, minime, mea quidem ſententiâ, aberrarunt: neque hic vapulare debuerunt Adverſariis ſuis, interque eos præcipuo Thomæ Hurtado, qui paſſim non cordate ſatis, neque feliciter contra illos diſputat. Certè non in eo, quando *Reſolut.* VI. aperte & prolixe negat, inſervire peſte & epidemia infectis, eſſe actum proprium elicitum à fortitudine. Cur non? quia eſt actus amicitiæ & charitatis. quaſi illa pugnent, neque in eodem ſimul fortitudo exeri queat, & charitas? non eſt proprius, inquit, actus elicitus à fortitudine ethicâ, niſi ad id deſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

eſtinetur à tyranno aut præpo-
ente, in odium alicujus veritatis.
Hoc verò probet. Ita quidem eſt
n Martyrio: ſed pro eo nunc non
iſputamus, verùm ſimpliciter pro
ortitudine. Quaſi verò fortitudo
on habeat locum, niſi contra ty-
annum, niſi in perſequutionibus,
& non ad omnia mala, quibus in-
repide quis ſe opponat. *Vbi non eſt
ugna aut bellum*, inquit, *in quo con-
emnatur mors, & conſtituatur medium
nter timores & fiducias, nequit eſſe ob-
ectum formale fortitudinis ethicæ.*
Quid, annon poteſt mors con-
emni & mortis pericula, niſi in
pugnâ, aut bello? non etiam in pe-
te? non quoque hic medium con-
titui apud animum, inter timo-
em & audaciam? Eſt etiam pugna
& bellum animi, in omnibus, quæ
quis adit, periculis: ergo & hic
objectum fortitudinis. Ad Tho-
mam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

mam non eſt quod provocet, aliaque apud eum loca, unus hic rem expedit evidentiſſime, qui eſt II.II. Qu. CXXIII. art. V. *Pertinet ergo ad fortitudinem, firmitatem animi præbere contra pericula mortis, non ſolum quæ imminent in bello communi, ſed etiam quæ imminent in particulari impugnatione, quæ communi nomine bellum dici poteſt. Et ſecundum hoc concedendum eſt, quod fortitudo proprie non ſolum eſt circa pericula mortis quæ eſt in bello: ſed & circa pericula cujuſcunque mortis homo poteſt periculum ſubire propter virtutem: puta, cum aliquis non refugit amico infirmanti obſequi propter timorem mortiferæ infectionis, vel cum non refugit itinerari ad aliquod pium negotium proſequendum propter timorem naufragii, vel latronum.* Niſi forte tota hæc diſputatio futura ſit de nomine magis, quam de re, prout Adverſarius fortitudinem accipit, ſive di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

inguit, inter fortitudinem ethi-
um, & ſupernaturalem; vel inter
ortitudinem, & magnanimitatem;
ut inter fortitudinis actum pri-
arium, & ſecundarium. Nam
ibi, Reſolutione XI. ſic loquitur
Hurtado, *exiſtimo, etiam illos, qui
mpore epidemiæ & contagii, amore
roximi, propter Deum ſuccenſi, con-
mnunt mortem & illius graviſſima pe-
icula, non ſolum eſſe fortes fortitudine
pernaturali, ſed etiam magnanimos,
firmitatem cauſet circa magnitudi-
em periculi, uti conſtat ex dictis* Nam
*vero moderantur timorem mortis, &
lius pericula aggrediuntur, quatenus
noventur ex magnitudine boni ſperati
ibi ad ſe ingerendum contagio. Sunt
rgo fortiſſimi & magnanimi: contem-
unt enim ea quæ formidantur & terribi-
ia ſunt. quare dubio procul habent actum
ecundarium fortitudinis, juxta ea quæ
n ſuperioribus diximus.*

Etenim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Etenim *Fortitudo eſt* virtus, pericula quævis intrepide, & cum ratione, adeundi. Sic commode mihi definire poſſe videor, & complecti quæ hic varie agitari ſolent. Objectum ejus *mala*, ſed triſtia, neque ea quævis, nemo enim in re levi & contemnendâ fortitudinem oſtendit, ſed *gravia*, & *ſumma*, ſingulariter *mors*, mortiſque *pericula*. Hæc objecta fortitudinis *externa*, & *remota*, quæ quia apud animum nil valent niſi per internos *affectus* & πάθη, morbos Cicero exponit, in his circa illa moderandis fortitudo primò & proprie occupatur. Sunt autem duæ affectuum ἀκρότητες, in defectu timor vel *timiditas*, in exceſſu audacia, & *temeritas*, inter hæc media incedit fortitudo, animumque coërcet, ab extremitate utraque. Præcipuè autem illam fortitudo reſpicit, utpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſibi magis inimicam & contra-
am, timiditatem dico; propius
ıtem convenire ei videtur cum
ıdacia, in qua aliquid ſui videt,
l autem in timore, unde hunc
hibet, illam moderatur, atque
definitione illius aliquam no-
onem injiciendam, cenſui, *intre-
de*. Dixi, *adeundi*. quia circa im-
ıinentia & futura magis verſatur
rtitudo; uti præſentium eſt pa-
entia. Multiplex autem cum for-
tudo eſt, tum patientia. Hinc in
criptura, Col. I. 11. ἐν πάσῃ δυνά-
ει δυναμούμενοι, *omni* fortitudine,
ς πᾶσαν ὑπομονὴν, in *omnem* pa-
entiam & longanimitatem. quod
ἀνδρίζεσθε dixit 1 Cor. XVI. 13. Cice-
o, Tuſculan. II. *viri propria maxime
ſt fortitudo, cujus munera duo maxima
ınt, mortis doloriſque contemtio*.

Sed adeundi, *cum ratione*. quo
ontra diſtinguitur à temeritate &
auda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

audacia, quæ pericula incurrit vano cæcoque impetu, non ex ratione: quod eſt in periculum ruere, non id adire, rationis judicio non exſpectato, ſed contemto.

Quæſtio difficilis, utrum virtutis ſit, ut alterum ex periculo mortis ſerves, idem adire? vel, cum æque certo mortis periculo, inſervire alteri peſte infecto? Difficultas huc redit, quatenus & quouſque vitam exponere debeamus, pro vitâ & commodo aliorum? Non, an *juvare* illos teneamur, ſimpliciter; ſed quouſque, cum æquali noſtri ipſius *periculo*? ut alios à *morbo*, à *morte* ſervemus, cum periculo pari idem incurrendi? Diſtinguenda aliqua: neque enim ullus ambiguam & tenebricoſam rem ſeu quæſtionem, citra accuratas & ſolidas diſtinctiones, quæ inſtar facularum ſunt, expediet, imo ne intelliget

get quidem. *Periculum* primò di-
ingui debet, in *evidens*, & quan-
m quidem judicare licet, mora-
ter certum; & id quod *probabile*,
ontingens habetur. vel, in *grave*,
graviſſimum. Deinde is, cui in-
rvimus, vel ſolùm ſpectatur ut
omo, nullâ aliâ ratione nobis con-
nctus aut devinctus; vel ut fami-
aris *amicus*; aut etiam fidelis, &
hriſtianus, id eſt, nobis *æqualis*; aut
t *ſuperior*, & cui alias debemus
nulta, ſive *privato* nomine, ut *pa-
entibus*, fratribuſque; aut *publico*,
t *Eccleſiæ*, *Magiſtratui*. Neque cer-
e paria omnibus illis debemus, ſed
lura aut majora his, quam illis.
Denique, *bonum* proximi intendi-
mus, aut *corporale* ſolum, aut etiam
ſpirituale & æternum. Hinc ita jam
concludimus.

Concluſ. 1. In actibus & officiis
charitatis ſervandus ordo eſt, tum
rerum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rerum, tum *perſonarum*: ut ubique minora cedant gravioribus & dignioribus. Neque enim amor cæcus eſt, vel actus ejus temerarius, qui rationem non audiat, vel quo pacto ordinari ab ea debeat in bonum optimum.

Ordo *rerum* hic eſt, ut *res* & bona cedant *vitæ*; vita *corporalis*, *ſpirituali.* juxta illud Chriſti, Matth. XVI. 26. *quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, animam vero ſuam perdat?* Ordo *perſonarum*, ut *tibi* cedat *proximus* æqualis, uterque *Deo.* ex vi regulæ iſtius, Matth. XXII. 37. 38. 39. diliges Deum ſuper omnia, proximum ſicuti teipſum. ubi quaſi triangulus conſtruitur amoris, in cujus cono eſt Deus, omnibus ſuperlatus, & ſolus illum locum tenens, abſque compare, in baſi ſumus nos, & proximus, pari altitudine, niſi quod dextrum angulum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ılum nos obtineamus, alterum
oximus. Quare in comparatio-
: & dubio ubi hic quæritur, quæ,
l qui cedere debeant, vel impen-
alteri, ex hoc ſchemate fit evi-
ens. Quia autem quæritur, de
ſerviendo *aliis*, cum periculo vi-
, illud paulo latius expenden-
um, ex ponendumque.

Concluſ. II. Plus debemus, quare
: plus impendendum, cum peri-
ılo etiam vitæ, *parentibus*, quam
iis; *fidelibus*, quam extraneis; *Ec-
eſiæ*, Magiſtratui, & *Reipublicæ*,
uam privatis. Hoc eſt, pro pa-
ia mori, pro fratribus. I Joann.
II. 16. *& nos debemus animas ponere
ro fratribus.* Joann. xv. 13. *majorem
ac charitatem nemo habet, quam ut
nimam ſuam ponat pro amicis ſuis.*
Rom. v. 7. *vix enim pro juſto quis mo-
iatur: forte autem pro bono quis aude-
et mori.* Gal. vi. 10. *benefaciamus*

erga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

erga omnes, præcipue domeſticos fidei. 1 Sam. XVIII. 33. *ô Abſalom, utinam pro te ego fuiſſem mortuus!* Non quovis in caſu, & ubique, aut quacunque de cauſa pro illis mortem ſubeundam, res ipſa ſatis loquitur. De qua in ſequentibus videndum, an & quando liceat, vel quo fine ad id teneamur.

Concluſ. III. Periculum *probabile* adeundum, ut alterum ex *evidenti* & graviſſimo liberemus.

Concl. IV. Etiam periculum evidens cogimur ſubire in gratiam aliorum, quando hoc poſtulat ratio *officii* noſtri. Uti in bello, incendio, & ſimilibus caſibus ſæpe id uſu venit, & incumbit hominibus ad illos caſus deſtinatis & vocatis.

Concluſ. V. Etiam extra rationem officii ſingularis, quando notabile, magnum & neceſſarium *bonum* vides ſequuturum, ad majo-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

rem Dei gloriam, & vel Eccleſiæ, vel Reip. ſalutem: vel alterum illum, in cujus gratiam periculo te exponis, ſi conſtet longe magis neceſſarium & proficuum ad uſus illos eſſe, licet evidens periculum adire: Atque hoc quidem unice in adeundo periculo reſpicere debes, iſtum boni finem.

Concl. VI. An in ſolo caſu *amicitiæ*, atque ad eam teſtandam, non pro alio fine ulteriori, qui id, uti duximus, exigat, fas ſit vitam evidenti periculo objicere, ut alienam amici tui ſerves, quæſtio valde anceps eſt. Nempe pari ſitis & æquali per omnia conditione, neque per officium, aut vocationem ad ferendas ſuppetias obligatus, ſolâ motus amicitiâ, periculum utrinque evidens & certum, pereundum amico eſt, niſi tu cum certo, moraliter nempe, periculo ſuccurras, cum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

que ea animi intentione accurris, ut ſerves, quæritur, tibine liceat, vel an etiam tenearis, periculo illo evidenti te exponere, & revera perdere te, ut alterum ſerves; atque an ita ſit interpretandum iſtud, mori pro amicis, pro fratribus? Ponamus exemplum, in communi naufragio, tabulam habes, vel ad manum eſt ut arripias, quâ tu evadas; an teneris, vel an virtutis eſt, aut bene agis, eam amico porrigendo, cum certo & evidenti tuæ vitæ periculo? Similiter, in communi fame, habes panem, quo te ſuſtentes, an eum cum ſummo tuo diſcrimine, trades amico, ut hunc, quia vid. amicus tuus, ſerves potius, quam te? Diverſæ ſunt Doctorum ſententiæ. Sunt qui affirmant, Philibertus Marchinus, *de bello divino*, ſeu peſte, nam ad hujus tractationem caſus ille pertinet,

part.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

part. I. *cap.* XII. & quos ille plures in ſuam ſententiam allegat, quique decantata illa Veterum exempla approbant, ubi alter pro altero mortem lubens obivit. Leſſius, Bannes, alii. Negat Petrus Navarra, *lib* II. *de Reſtitut. cap.* III. Bonaventura, Durandus, Paludanus, aliique Scholaſtici, in III. Diſt. XXIX. Diſtinguunt alii. Sic Petrus de Lorca, Hiſpanus, Diſput. XXVIII. ut, exponere vitam pro alio, quandoque eſt opus egregiæ fortitudinis & *debitum*, ut ſi ponatur pro Republica; quandoque *laudabile*, ſed non debitum, ut ſi pro patre, aut amico, cum quo interveniat tibi magna & honeſta amicitia; ſed quandoque nec laudabile, ſed *inordinatum*, ut ſi pro quocunq; alio homine, quomodo id judicat ille eſſe imprudentem vitæ effuſionem & prodigalitatem, quæ à culpa excuſari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

non poſſit, æque minus ac ſi quis omnes ſuas facultates ignoto homini traderet, manifeſte haberetur ſtultus ac prodigus. Cornelius à Lapide in 1 Joann. III. 16. *Amicus non tenetur pro vita amici ſuam exponere. hoc enim eſt diligere proximum, non ſicut ſeipſum, ſed pluſquam ſeipſum. quod doctrinæ regulam excedit, ait S. Auguſtin. lib. de Mendacio, cap. 6. Si tamen exponat, laudabiliter faciet: exponet enim illam pro honeſtate & bono virtutis amicitiæ.* Sylvius in II. II. qu. XXVI. art. IV. diſtinguit, vitam pro alterius vitâ exponi tripliciter, vel ut ponatur vita noſtra pro amici æqualis vitâ præciſe, non exſpectando aliud, quam vitam & vitam: ſecundo, ſi cum vitâ exſpectetur honeſtas amicitiæ moralis, eaque ſola: tertio, ſi ſpectetur bonum charitatis Chriſtianæ, ſeu ſpiritualis ſalus proximi. Primo modo negat

eſſe

eſſe licitum, ſed contra inclinationem veri rectique amoris naturalis, alienam vitam magis æſtimare, quam ſuam. Secundum inter Ethnicos concedit, ubi non poſtponebatur vita propria vitæ amici præciſe, ſed honeſtas naturalis virtutis moralis, quam ſolam agnoſcebant. Verùm inter Chriſtianos illud illicitũ, partim quia Chriſtiani obligantur ſpectare aliud, quam honeſtatem ſolùm naturalem virtutis moralis; partim quia inordinatum ſit, privare ſe commoditate proficiendi in bonis ſpiritualibus, pro ſolâ honeſtate morali ordinis naturalis. Tertium cenſet omnino licitum, exponere vitam propriam pro vitâ proximi æqualis, quando hoc ordinatur ad ejus, vel alicujus alterius ſalutem æternam. vel ſi fiat ex amore virtutis Chriſtianæ, inquit, & ad aliorum exemplum; aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſi is, de cujus vita agitur, ſit in ſtatu damnationis, alter vero confidat ſe eſſe in ſtatu bono. Sic etiam Becanus, *Theol. Scholaſt. Tom.* III. *cap.* XIX. *qu.* II. Azorius, *Inſtit. Moral. part.* II. *lib.* XII. *cap.* IV. licere id, ſed non præceptum eſſe, pro amico ex ſolo motu amicitiæ, vitam fundere. Certe pro altero æqualis conditionis, & cui non ſis ratione officii adſtrictus, pro ſolâ morali amicitiâ, vitam in præſens evidenſque periculum adducere, omnino improbandum cenſeo. Aliud eſt, ſi inſuper ſpectetur bonum ſpirituale, tum ut pro fratribus, vel amicis, etiam aliis vitam ponas, officium requirit. Atque ita exponendum cenſeo hoc, de ponendâ pro fratribus vitâ. neminem ad id teneri & obligari, niſi exigente id rei neceſſitate & fructu. ut ſi in commodum, & ſalutem ejus æternam. quo

ſenſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſenſu regulam illam, 1 Joann. III. 16. interpretatur Martyr, Epiſt. *de fuga in perſeq.* ſuperius quoque citatâ. Ameſius, *Caſ. Conſ. lib.* V. *cap.* VII. Pro ſolâ aliquâ virtute etiam Chriſtianâ, ſeu charitatis oſtendendâ, non puto id licere, niſi quæ neceſſitas ſalutis id poſtulet urgeatque. Quique hoc narrantur feciſſe, ex ſolâ animi quadam lubentia, & quaſi amicitia, Gentiliumque quæ huc adducuntur, ex Valerio Maximo, exempla, nam apud Chriſtianos talia non occurrunt, prætterquam quod ex ſola *morali* quadam virtute & reſpectu id egerint, facile intercurrit vel *gloriolæ* aliqua vana captatio, aut *dementia* etiam, tam ut *cum* amico, quam ut *pro* eo moriantur, certe vitæ propriæ, doni, quod habemus, optimi videtur eſſe non laudanda *prodigalitas*. Non ergo *laudare* ego illa, ad legem ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

mirum Dei, & religionis noſtræ poſſum: aliud eſt quod ad auram popularem vel politicam, & vanas hominum aures laudeſque, pro tali, quamvis ſæpe non ſit, accipiatur. Nos videmus quid ex præſcripto religionis, & Chriſti liceat. Non ergo *teneris*, cùm tanto, ſeu evidenti periculo, extra neceſſitatem officii & vocationis tuæ, alteri æquali ſuccurrere. Thomas, in ſimili caſu, nam idem huc applicari per omnia poteſt, II. II. qu. XXXII. art. VI. quærens, utrum quis debeat dare eleemoſynam de neceſſario, reſpondet: *neceſſarium dupliciter dicitur, Vno modo, ſine quo aliquid eſſe non poteſt, & de tali neceſſario omnino eleemoſyna dari non debet. Puta ſi aliquis in articulo neceſsitatis conſtitutus, haberet ſolum unde poſſet ſuſtentari, & filii ſui, vel alii ad eum pertinentes. De hoc enim neceſſario eleemoſynam dare, eſt*
ſibi
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ſibi & ſuis vitam ſubtrahere. Sed hoc dico, niſi forte talis caſus immineret, ubi ſubtrahendo ſibi, daret alicui magnæ perſonæ, per quam eccleſia, vel reſpublica ſuſtentaretur, quia pro talis perſonæ liberatione, ſeipſum & ſuos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune proprio ſit præferendum. Omnino ad mentem & ſententiam noſtram, in neceſſario & evidenti periculo non eſſe vitam alterius, quocum æqualia facimus, præferendam noſtræ; ſive non adeundum diſcrimen eſſe, libero animi motu, extra vocationis officium & neceſſitatem, utcunque amicitiæ obtendatur nomen, ubi nihil aliud eſt gravius, ſalutis æternæ aut plurium: non enim vitam juvandam cenſeo alterius, cum pari periculo noſtræ.

Concl. VII. Denique, ad caſum præſentem ſuperiora applicando, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

in contagio peſtis eſt quidem periculum *probabile* & contingens, non evidens & graviſſimum, ac propterea nemo arceri debet à ferendo hic ſubſidio, qui ad hoc ullâ ratione officii, vel præſtandi eximii fructus, vocatur, quamvis cum aliquo vitæ periculo laborantem adeat. Quoniam ita ferente officio, uti vidimus, etiam evidens periculum non licet declinare, nedum minus quod eſt, aut non adeo certum vel univerſale, quale hoc in caſu. Frid. Balduinus, Caſ. Conſc. lib. IV. cap. XVII. explicans I Joann. III. 16. quibus in caſibus licitum ſit pro alio vitam effundere, concedit hoc tertio, *cum quis vitam corporalem periculo exponit propter alterius vitam ſpiritualem, ut ſi quis tempore peſtis præſto eſt infectis, conſolando eos, & ſacrum animæ pabilum exhibendo.* Hoc melius, quam quod conſulit, cap.

IX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

x. Caſ. VI. *ut paſtor ipſe viſitet ægrotum, eumque ex gurguſtio ſuo in ſolem apricum deportari jubeat, ipſeque eminus adverſus ventum, ægrum confitentem audiat, ſacram cœnam porrigat, & reliqua ad hunc actum pertinentia exſequatur, ita minus periculi infectionis erit.* Ameſius, Caſ. Conſc. lib. V. cap. VII. *In extrema etiam neceſſitate, tenetur quilibet communis conditionis homo (ſed imprimis ille cui tale officium ſingulariter incumbit) vitam ſuam objicere periculo probabili, ad impediendam certam alterius mortem. Majus enim eſt malum certa mors alterius, quam propria incerta. Hinc non licet Paſtori, tempore peſtis, aut perſecutionis, deſerere Eccleſiam, niſi forſan ſit alius idoneus, qui ſuſcipit illam curam.* Quod poſtremum nonniſi magnâ cum cautelâ & grano ſalis accipi debet. Joh. Gerhardi, Loc. Commun. Tom. VI. de Miniſt. Eccleſ. pag. 334. §. 290.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

An miniſtro Eccleſiæ liceat fugere tempore peſtis? negamus, &c. Quidam addunt limitationem, quod liceat miniſtris eccleſiæ tempore peſtis ſeceſſus quærere, ſi alios in ſuum ſubſtituant locum, qui non minore dexteritate, diligentia ac fide, quam ipſimet eccleſiaſtici muneris partes obeant. Sed cavendum ſedulo, ne ſcandalum præbeatur infirmis, quod vix præcaveri poteſt, ſi tempore peſtis illi fugiant, quos reliquis exemplo ſuo prælucere, & ad fidem, caritatem, patientiam, beneficentiam alios exhortari æquum erat, etiamſi alios in ſuum locum ſubſtituant. Sequitur Gerhardum Melchior Sylveſter, lib. *Paſtor Conſcientioſus*, *Claſſ.* I. *qu.* XIV. Benedictus Carpzovius, lib. I. Definitionum Conſiſtorialium, Tit. V. Definit. LXXII. *Quid vero peſtis tempore: annon tum ſaltem Superintendens vel alius Eccleſiæ miniſter ad tempus aliunde ſe conferre ac commorari poterit? non certe.*

1. *Quia auditores ſive parochiani hoc*
mpore vel maxime ipſius opera & mi-
ſterio indigent, quo de agenda pœniten-
a admoneantur & de beata emigratio-
e ex hac vitâ informentur. 2. *Nec fieri*
potest abſque ſcandalo: arguit enim
iſceſſus diffidentiam erga promiſſiones
ivinas. Pſalm. 91. 7. non appropinqua-
it ad te malum. Matth. 10. 30. Capilli
apitis veſtri omnes numerati ſunt. Hebr.
3. verſ. 5. non derelinquam te, nec de-
eram te. Adducitque in eandem
ententiam Reſcriptum Electoris
axoniæ, ann. cIↄ Iↄc xxxiii. d. ix.
eptemb. ad Superintendentem,
& Senatum Lubenwerdenſem.
Verùm loci infecti Paſtore defun-
cto, & vacante inde miniſterio ſeu
in pago, ſeu alio quo loco, non
poſſe vicinos Miniſtros adigi ad
curam vacantis illius Eccleſiæ ob-
eundam, tum ex Reſcripto Electo-
rali, ann. cIↄ Iↄc xxxi. d. ii. No-
vemb.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

vemb. tum Conſiſtorii ſupremi Decretis, oſtendit, *Definit.* CLXV. ſed interim ne omni officio deſtituatur Eccleſia, & ægroti illius loci, per Catechetem, aut alium ſacra adminiſtrari volunt, atque ocyus de novo Paſtore Eccleſiæ provideri.

Atque hæc ad officia ſpectant ægrotis ſeu peſte infectis præſtanda: quorum ſumma huc redit, *fortiter*, & *prudenter* ubique ut agamus, nunquam non Chriſtianè, erga alios ita, ut nobis factum vellemus. Unde item quomodo erga *defunctos* gerere nos debeamus, apparet, ſeu *morientes*, ſeu *ſepelienda* ipſorum cadavera, vel moderandum ſuper eorum diſceſſu *luctum*. De quibus dicere ſuperſedeo, ne locos Communes quod dici ſolet, ſectatus, & non intra præſens argumentum continuiſſe me, videar.

Capita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Capita tamen meditationum & officiorum, in quibus verſarentur, legenda illa fuerunt, & ſparſim notanda, quæ ad argumentum facerent. Jamque hoc notatum, & obſervatum multis, quod ex peſte paſſim homines præ omni alio morbi, ſeu mortis genere, devotius ſanctiuſque moriuntur, quod revera illud *bonum* mortis eſt, quod in ipſa, utcunque per ſe malâ, & de quo eximium tractatum ſcripſit inter Veteres, Ambroſius. Dixit Eſpencæus: *cum ſtatutum ſit hominibus ſemel mori, Hebr. 9. nec ad felicitatem æternam referat, quamdiu, ſed quam bene vixeris: quamque feliciter moriaris: ſingulari Dei beneficio, peſte morientes ut plurimum, animi mentiſque compotes, ſenſu & ratione integros, & ad Dominum converſos hinc exire.* Quod autem de mentis conſtantiâ, non ignoramus, vehementiâ

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

& ardore accedentis febris quandoque illos mente etiam moveri, ſaltem ad tempus : interim, quia de hoc multos ſcimus ſollicitos, an qui forte tali mentis conſternatione & abalienatione moritur, vitæ cætera probæ piæque, deteriori ideo conditione habendus ſit, & ſalutis minus certæ? *Negamus*. Quandoquidem de homine, non ex ultimo ejus fine, aut actu magis judicandum, quam totâ vita; nedum malo aliquo, quod patitur, non quod facit. Careat hinc aliquo ſalamine, quod aliàs accipere ſana & integrâ mente poſſet, non certe carebit ſalute, fidelibus promiſſa, & Dei beneficiis ἀμεταμελήτοις. Franciſcus Junius, in *Explicatione Quæſtionum cc. MS.* qu. XXIII. *Quid judicii fieri oporteat de eorum ſpiritibus, qui aut in phreneſi extinguuntur, aut in ipſo maleficio repente de vitâ*

tol-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

tolluntur, *ſine ſigno pœnitentiæ?* reſpon-det. *Duo in hac quæſtione ſpectare di-cent : unum, ſuſpendi judicium noſtrum oportere de pœnitentia : alterum, diſtin-gui Conditionem eorum , qui repentè in-tereunt. Prius omnino eſt neceſſarium, nempe ut perpendamus judicium noſtrum: Nam cum pœnitentia poſita ſit primùm quidem in ſenſu & motu interno ; deinde in ſignificatione motus, ſive privatâ; ſive publicâ, quam* ἐξομολόγησιν *vocant; non poteſt judicium non temerè & contra officium fieri de illis, qui repentè moriuntur, quamvis nulla datâ pœnitentiæ ſignificatione. Quod ſi tamen datur, non reſipuiſſe, quam rem ſolus novit Deus: certa eſt Scripturæ declaratio , impœnitentes morti addictos eſſe, ſed quia formale pœnitentiæ interius eſt , & (ut verbis utar Ambroſii) aliter Deus videt, aliter homo: ille videt in corde, hic in fronte, propterea ſuſpendi judicium noſtrum oportere dicimus. In conditione autem perſonarum, de*

quibus

quibus agitur, diſtinctio ponenda eſt: nam alia ratio eorum eſt, qui moriuntur in infirmitate, alia eorum, qui in peſte: Phreneticus, Veternoſus, & ſimiles ex infirmitate laborant, quod malum Deus non imputat ipſis; quemadmodum in Euangelii hiſtoria legimus, cum ſocrus Petri ex febri ardente laboraret, Chriſtum increpuiſſe febrim, non autem mulierem: ac proinde non poteſt dubitari, quin iis, quos tollit infirmitas (ſi antè credentes fuerunt) Deus gratiam faciat citra infirmitatis illius rationem. De iis verò qui in flagrante delicto occiduntur, alia ratio eſt, qui ſi impœnitentes moriuntur, eadem ratio eſt, eos vitæ æternæ expertes eſſe. Sed quia hoc tantùm ponitur, non conſtare de pœnitentia ex ulla ſignificatione, illud viciſſim ponendum eſt. Ergo judicium de iis, de quorum pœnitentia non conſtat nobis, Deo relinquendum eſſe, & ita ſuſpendendum noſtrum de illis judicium, ut ab eorum exemplo doceamur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

ur, in omnes horas nos ad migrationem
: hac vita paratos eſſe oportere.

Denique de *ſepulturâ* cadaverum, præſertim tempore & loco contagii peſtilentis, quin & omni alio, temllis amovendâ, ad confirmandam Clariſſ. Riveti ſententiam, dicere conſtitueram, & prima moris illius, quo templis mortui inferri, & humari cœperunt, quo de & alibi dixi, lib. de *Euthanaſia*, Belg. *cap.* VII. initia, progreſſumque erudcrare: ſed ad declinandam, quam prævideo, prolixitatem, eo, in aliam occaſionem, ſuperſedeo. Ut nihil nunc quidem ſuperſit, quam calentibus precibus rogare Deum, ut præſentem calamitatem, quæ ſcriptioni huic argumentum dedit, mitiget, tollat, quam malorum noſtrorum agnoſcimus & confitemur eſſe dignam & congruam mercedē, τὸ κατάλληλον ἀποτέλεσμα, uti Græci

Græci loquuntur, in ipsâ illâ Oratione, quam tali tempeſtate dicere conſueverunt, in Euchologio, εἰς τὴν πληγὴν τοῦ θανατικοῦ. *Mortalitatem* etiam Cyprianus dixit, in libello, quem occaſione peſtis ab eo ſcriptum, ſupra annotavimus. Ubi hæc digniſſima verba, in quæ finiemus: *multi ex noſtris in hac mortalitate moriuntur, hoc eſt, multi ex noſtris de ſeculo liberantur. Mortalitas iſta ut Iudæis & gentibus Chriſti hoſtibus peſtis eſt, ita Dei ſervis ſalutaris exceſſus eſt.* Nepe à præceptore didicerat Tertulliano, quod hic ſcripſit lib. 1. ad Uxorem: *Super hæc enim recogites moneo, neminem, niſi ex Dei voluntate de ſeculo duci, ſi nec folium quidem ex arbore ſine Dei voluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat neceſſe eſt.*

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32

25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
224 A 32